BIBLIOTHECA LEOPOLDINA LAURENTIANA, SEU CATALOGUS...

B. 9

Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE LEOPOLDINAE

SIVE

SVPPLEMENTI AD CATALOGVM

CODICVM GRAECOR. LATINOR. ITALICOR. ETC.

BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE

TOMVS PRIMVS.

BIBLIOTHECA
LEOPOLDINA LAVRENTIANA
SEV
CATALOGVS MANVSCRIPTORVM
QVI IVSSV
PETRI LEOPOLDI
ARCH. AVSTR. MAGNI ETR. DVCIS
NVNC AVGVSTISSIMI IMPERATORIS
GERM. HVNG. ET BOIOHEMIAE REGIS ETC.
IN LAVRENTIANAM TRANSLATI SVNT

QVAE IN SINGVLIS CODICIBVS CONTINENTVR
AD QVODVIS LITTERATVRAE GENVS SPECTANTIA
ACCVRATISSIME DESCRIBVNTVR
EDITA SVPPLENTVR ET EMENDANTVR

ANGELVS MARIA BANDINIVS
S. C. M. REGIVS BIBLIOTHECAE PRAEFECTVS
RECENSVIT ILLVSTRAVIT EDIDIT

TOMVS I.

FLORENTIAE TYPIS CAESARIS MDCCXCI
PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS

IMPERATORI CAESARI AVGVSTO

LEOPOLDO II.

MAGNO PIO FELICI
QVOD LIBERTATE FRVMENTARIA RESTITVTA
COMMERCIO TERRA MARIQ PROPAGATO
SANCTISSIMIS CONDITIS LEGIBVS
CIVIVM COMMODO ET SECVRITATI PROSPEXERIT
REGIAM PINACOTHECAM MAGNIFICIS AVCTAM AEDIFICIIS
ANTIQVORVM OPERVM OMNISQ GENERIS MONVMENTIS
VNDECVMQ IMMANI SVMTV CONQVISITIS LOCVPLETAVERIT
AEDES PALATINIS PROXIMAS
POST HOMINVM MEMORIAM DITISSIMAS
AD PHYSICA ET ASTRONOMICA TENTAMINA INEVNDA
ET AD INNVMEROS NATVRAE FOETVS CONSERVANDOS
EX INTEGRO EXCITAVERIT
LITTERARVM ET ARTIVM INCREMENTO
PVBLICAS BIBLIOTHECAS
LIBRORVM DELECTV ET COPIA EXORNAVERIT
LAVRENTIANAM TOTO ORBE CELEBERRIMAM
M M CCC LXXVIII ANTIQVIS CODICIBVS AVXERIT
EORVMQ NOTITIAM IN COMMVNE BONVM
REGIIS TYPIS MANDARI VOLVERIT

ANGELVS MARIA BANDINIVS
LAVRENTIANAE BIBLIOTHECAE REG PRAEFECTVS
VOLVMEN HOC PRIMVM
NE TAM EFFVSAE LIBERALITATIS MEMORIA
VLLO VMQVAM TEMPORE DILABATVR
TANTO NVMINI ET IMPERIO OBSEQVENTISSIMVS

D D D

LECTORI BENEVOLO

ANGELUS MARIA BANDINIUS

S. D. P.

Cum die IX Februarii anni MDCCLXXVIII PETRI LEOPOLDI M. E. D. *iussu, publicae illius Bibliothecae Codices bene multi superstites, qui in quodam Conclavi Aedilium Maioris Ecclesiae Florentinae adservabantur, in* Laurentianam *Bibliothecam fuissent translati* (1), *operae pretium duximus eamdem curam, quam in aliis Bibliothecis, quibus haec eadem* Laurentiana *variis temporibus adaucta est, impendimus, haec etiam veteris aevi pretiosissima monumenta minime denegare. Ipsorum igitur recensionem adgressi, arduum opus & aleae plenum periculosae, ad finem, Deo opitulante, perduximus; & huic primo Bibliothecae* Laurentianae Leopoldinae *Volumini, pauca quaedam de historia, & variis ipsorum Codicum vicibus, praemittenda esse censuimus. Neminem profecto latet, iam inde a primis Ecclesiae saeculis usum invaluisse, Bibliothecas in celebriorum Basilicarum, & Cathedralium sacrariis, vel alio quopiam loco ipsis proximo instituendi, ut clericorum, qui ipsis inserviebant, quique in communi litterarum clade paene populi cultior habebatur, & erat, usui paterent. Hanc itaque antiquissimam laudabilem consuetudinem sequuta Florentina Respublica, & Lanariae Universitatis Consules, de nova ac magnifica Bibliotheca ad publicam utilitatem aedificanda, & iuxta maximum Florentinae Urbis templum collocanda cogitare coeperunt. Res in deliberationem vocata, quumque in ipso veluti centro Canonicae eiusdem Ecclesiae Metropolitanae exstaret sacra quaedam aedicula sub titulo* S. Petri in Caelo Aureo *nuncupata, hunc locum tantae institutioni opportunum fore existimantes, supplices ad* Nicolaum V. *Pont. Max. litteras miserunt, quibus ab eo enixe petebant, ut dictam Ecclesiam a sacris in profanos usus auctoritate Apostolica convertere dignaretur. Voti compotes facti* (2), *nulla interposita mora, eadem illam ad instar magnifici Conclavis redegere, ac quotquot iam tum collegerant Codices, in unum sexcentum circiter rariores, in duobus ac viginti Pluteis, ut illorum temporum mos erat, dispositos, in illo veluti Musarum Sacrario condidere, insculpta supra portam, capitalibus litte-*

(1) De huius Bibliothecae institutione [illegible] nonnullis [illegible] Codicibus [illegible] Novellis Litterariis Florentinis An. MDCCLXXVIII n.° 13 seqq.

(2) Litteras Pontificias [illegible] ad instantiam Archiepiscopi *Antonini* [illegible] sub anno MCCCCLXXXIII in Tabulario Archi[illegible] adservatas [illegible] *Ioannes Lamius* in Monumentis S. Ecclesiae Florentinae Tomo II. pag. 1410 & seqq.

litteris epigraphe, quae etiam nunc extat SAPIENTIA AEDIFICAVIT SIBI DOMUM. *Codicum vero, quibus Bibliotheca nitebat, elenchus, duabus fuit descriptus in tabulis, quarum una ad dexteram, ad sinistram altera eiusdem Conclavis parietem adfixae fuerunt* (1). *Domum Ecclesiae adnexam, quae Parocho antea inserviverat, Bibliothecario & Capellanorum Metropolitanae Ecclesiae coetu delegato, incolendam dederunt, ut ex Deliberatione Magistratus Archivum eam successi colligitur. Nec defuerunt opportunissimae leges, quibus Bibliothecae conservationi, & incremento provisum fuit. Sed Decretum ipsum Consulum Lanificii Universitatis, quo et atque magnificentiae in Principe Templi, tum tum absoluti, ornamento, publicam quoque Bibliothecam adiungendam censuerunt, audiamus, gloriae totius Maecenas universam plenissimam refert tum insigne monumentum in medium proferri.* Ita igitur habet: Consules ac Lanariae Universitatis Gubernatores, quibus iamdudum usque ab origine cura mentae eiusdem aedis construendae, ac perficiendae, & undique exornandae, quae totius Civitatis nostrae principalis Basilica, & Cathedralis Ecclesia haberetur, & fieret, per publicas Florentini populi leges iniuncta fuit, nonnullos egregios clerosque viros per varias diversorum temporum successiones perficiendo operi cum ampla ac summa auctoritate delegerunt, qui quidem praedicta eorum potestate diligenter, & accurate sicut, commemoratum opus, iam usque adeo ad summum perduxerunt, ut duobus, quae prae ceteris vel maxime necessaria videbantur, & perfectae admirandi operis constructioni, & omnibus divinorum cultuum caeremoniis iam optime & cumulatissime satisfactum esse intelligatur. Quocirca, ne huic tanto, & tam celebrato operi quidquam deesse posse eis, de aedificanda, & construenda egregia quadam, ac praecipua Bibliotheca inibi opportuno tempore cogitaverunt, atque inter cogitandum, nihil ab eis alterius fieri posse occurrebat, quod utilius, & honorabilius, atque omnipotenti Deo gratius acceptiusque futurum videretur, quam ut magna quaedam diversorum librorum multitudo, profecto ceterarum omnium rerum praeclarissima supellex, pretiosissimusque thesaurus, unum in locum congregaretur, id quod quidem est, non solum commemoratae utilitatis, & honoris, & divinae gratificationis rationes exhortabantur, sed plura etiam praecipua, & singularia quorumdam clarissimorum Principum, praestantissimorumque virorum exempla invitabant. *Ptolemaeum* enim cognomento *Philadelphum*, secundum Aegyptiorum Regem, celebratam illam, & admirabilem Bibliothecam in Aegypto ita construxisse cernebat, ut millia circiter sexaginta diversorum Librorum volumina, incredibile dictu, quae ab idoneis auctoribus scriptum fuisse legeretur, unum in locum congregaret: qui facto, divinas, ut ferebatur, leges Hebraicis eodem tempore characteribus duntaxat expressas, in Graecam linguam traduci, traductasque adhiberi, & in praedicta Bibliotheca collocari curavit, & voluit. *Lucullum* quoque Romanum civem, clarissimumque virum, celebrem quamdam ac famosam Bibliothecam Romae aedificasse noverant. Plures item Summos Pontifices, ac brevitatis causa de singulis particularem quamdam mentionem facientes, plurimas Bibliothecas, variis temporibus, diversis Romanae urbis locis, quondam, fama increbrescente, construxisse cognoverant. Et ne plura hactenus veteri, & iam paene

(1) Hae quoque tabulae exstant in praedicto Archivorum Chartophylacio, inibique ab *Auctore Lami* loco citato publicis sera ferme leguntur.

paene obsoleta clarissimorum virorum exempla commemoremus, quae paene infinita sunt, paucis notioribus, ac recentioribus deinceps contenti: cum *Boccaccius*, peregregius Florentini nominis Poëta, ex libris, quos moriens reliquit, Bibliothecam quamdam in sacra Eremitarum aede fieri, & construi suo testamento legavit, in qua commemorati eius libri conderentur: quod *Nicolaus Nicoli* propriis paene sumptibus non sine magna nominis sui gloria exequutus est. Quid de *Nicolao V.* Summo huius temporis Pontifice, ac de *Cosmo* (*Medices*) clarissimo, & praestantissimo cive nostro dicemus? quorum alterum Romae in sacra sancti *Petri* Aede amplam & admirabilem Bibliothecam in praesentiarum aedificare; alterum vero Florentiae in beati *Marci* Basilica, magnis sumtibus, ac paene incredibilibus impensis nuper aedificasse, & perfecisse scimus. Quum igitur Praefecti nostri, quos veteri Romanorum more Aedituos non immerito appellandos esse censemus, has, & huiusmodi veteres, & novas diversarum Bibliothecarum constructiones, maximos quosdam, & admirabiles fructus, & olim gloriosissime peperisse, & deinceps paritura esse, non dubitarent, talibus rationibus, tantisque exemplis adlecti & invitati, hanc nostram novam Bibliothecam nuperrime aedificarunt, in qua quidem plura & egregia diversorum librorum, volumina iam diligentissime & accuratissime condiderunt, atque ecce in dies sua diligentia congregaturos, & condituros, non immerito sperant, & credunt. Et ut praedicti Codices iam congregati, & suo ordine in Bibliotheca hactenus collocati paullo accuratius, & diligentius conserventur, & quantum fieri potest etiam coaugeantur, talibus Statutis, & huiusmodi Ordinationibus peropportuna praedictae Universitatis consilia in hunc modum providerunt &c. *Tum sequuntur Constitutiones ipsae, quas brevitatis gratia omittendas censuimus.*

Patefacta itaque in studiosorum adolescentium, praecipue Ecclesiasticorum utilitatem Bibliotheca, quae vulgo dicta est di S. Maria del Fiore, *statim de Voluminum numero adaugendo Aeditui serio cogitarunt: patet ex Deliberatione, quam sub die* XIII. *Decembris anni* MCCCCLI *unanimiter sanxerunt. Ideo factum est, ut certatim ad eam rarioribus MSS. exemplaribus locupletandam animum etiam optime de litteris meritorum animi saepenumero excenderentur. Inter Schedas Canonici* Salvini Salvini *autographas, quas servat Bibliotheca* Marucelliana, *Liber extat Littera H designatus, in quo ita legitur:* S. Piero in Ciel d'oro. Nel 1448 a dì 10. di Luglio si levò l'uso di Chiesa per farne una Libreria comune a tutti gli abitanti di Firenze. Messer *Giovanni Spinelli* Proposto Fiorentino si affatica molto, perchè la Libreria de' Canonici si finisca. *Ex quodam Libro, in quo habentur Deliberationes Aedituum ab anno* MCCCCLXII *ad annum* MCCCCLXXII *colligitur, multa eidem Bibliothecae Volumina testamento legasse* Nicolaum *quemdam* Petri (1) *Mugellanum. Item ex alio eorumdem Aedituum Libro, in quo Deliberationes ab anno* MCCCCLXXVI *ad annum usque* MCCCCLXXXII *continentur, mentio fit Domini* Gulielmi Antonii *de* Becchia *Episcopi Fesulani* (2),

b qui

(1) Ibi ita legitur: *Messer Niccolò di Piero del Mugello lascia molti Libri alla Canonica Fiorentina per la Libreria.*

(2) Ex Celeberrimo Augustiniorum Florentinorum Generalis Magister Ordinis Eremitarum S. *Augustini*, electus Episcopus Fesulanus anno MCCCCLXX XV Cal. Ianu., vir sua doctissimus tempore longe lateque philosophus utriusque theologus consummatus atque adeo fecundus in omni huius saeculi eruditionis Oratoribus antecelluerit. Plura reliquit Opera, quorum pleraque in hoc Volumine manuscripta recensentur, de quibus consule cl. *D. Mat. Mazzuchellium Scrittori d'Italia* Tom. II Part II. pag. 595

qui eidem Bibliothecae magnam Librorum copiam dono dedit (1), *uti ex eius epigraphe, quae in quorum nonnullis adhuc superest, palam fit.* Geminianum praeterea de Inghiramis de Prato, *Canonicum Florentinum, Decretorum Doctorem, & Caussarum sacri Palatii Apostolici Auditorem, Bibliothecae Canonicorum incrementa consuluisse, ipsius nomen in pluribus Codicibus autographum satis ostendit. Proferenda sunt ea, quae de semetipso prodit in Praefatione Operis, cui titulum fecit* Repertorium Interpretum Iuris Canonici, *sex magnis in fol. Voluminibus comprehensi, quibus addidit Lecturam super Sexti Decretalium, de quibus fuse loquimur in hoc Tomo a pag. 89. ad pag. 95. Inscribitur autem & incipit ita:* Reverendissimis in Christo Patribus, Dominis Auditoribus sacri Palatii Apostolici caussarum. Ad meam, ceterorumque omnium, quibus haec ipsa placebunt, utilitatem, & ut textus, glosae, doctorumque Doctorum hinc inde sparsa, longe facilius commodiusque reperiantur, visum est ea cuncta in congruis titulis collocare. Ac licet saepe a Romana Curia absentem, eo quod successivi Summi Pontifices pro S. Matris Ecclesiae negociis, ad varios, magnosque Principes, ac Nationes me miserint, etiam in extremas orbis terras, ubi quidem vel annos annavi, interdum & in Romana Curia dum adessem, multifariam, multisque modis in audientia sacri Palatii Apostolici caussarum, cura registrorum revolutiones, atque visionem, auditionem partium advocatorum atque procuratorum, in quotidianis consiliis atque administratione iustitiae fuerim vehementer occupatus; demum & in officio sacrae Poenitentiariae sub Reverendiss. patribus colendissimisque in Christo Patribus, & Dominis meis praestantissimis, Domino *Iordano*, Episcopo Sabinensi, Cardinali, de generosa prosapia *Vrsinorum*, atque *Nicolao* tituli S. Crucis in Ierusalem Presbytero Cardinali, summis pro tempore Poenitentiariis, qui me quidam eorum incredibili humanitate, atque facilitate, in Auditorem adsciverunt sibi, plurimum laboris atque non consumpserim, tamen ceptum interdum lucubratiunculis, Repertorium per rubricas mihi *Geminiano de Inghiramis* de Prato, Decretorum Doctori, Praeposito Pratensi, & inter suos Palatii Apostolici caussarum Auditores minimo, pertinere, hoc ordine compilandum atque texendum fore &c. *In calce tertii huius Operis Voluminis haec alia leguntur.* D. *Geminianus de Prato*, Praepositus Pratensis, D. Papae Capellanus, Decanus Venerabil. DD. Auditorum caussarum sacri Palatii Apostolici, Iuris Canonici Doctor clarissimus super II. Decretalium anno Domini MCCCCXL. S. Patris Domini *Eugenii* Papae IV. anno XI. Illustriss. *Frederici* de Austria Regis anno II. inceptum die XXI. Novembris, finitum die XXI. Martii Florentiae &c. *Item in calce Tom. VI. haec alia de eo habes.* Completum in Civitate Florentiae die XXIV. Februarii anno Domini MCCCCXLIII. quia supervenienti mihi in Civitate Senarum quadam passione pedum, & demum Curia inde translata ad Urbem, pro tunc, usque nunc, illam sequi non valui &c. *Omnium autem optime meritus fuit de hac Bibliotheca* Georgius Antonius Vespuccius, *qui praeclare gesta Principis Florentinae Aedis Praepositura*, Hieronymo Savonarolae,

quas

(1) Ivi adnotatur in dicto Libro: *Messer* Guglielmo d'Antonio Becchi *Vescovo di Fiesole dona quantità di Libri alla Libreria de' Canonici* Sab... ad bona locum Salvatoris *ed attualmente vanno due casse piene di vari altri Libri lasciati dal Canonico Corbi, e si descrivera essere tra molti volumi le pergamene Epistole di S. Paolo, col Comento di Marsilio F..., delle quali si trova la spesa fatta in non fattura e legatura sotto il Dì ... Agosto* 1501. Hos tamen in praesens non reperiri inter Codices in Laurentianam Bibliothecam inlatos.

Digitized by Google

annos natus quatuor & sexaginta, in D. Marci Coenobio socium, ac religiosae vitae discipulum die v. Iunii anno MCCCCXCVII *se adiunxit, multumque certe probatus ac politiorum litterarum eruditus fuit. Fuit ille,* Americi Vespuccii *qui quartae orbis terrarum parti, suis itineribus repertae ac perlustratae, nomen dedit, propinquitate patruus, grammatica institutione magister. Extant* Americi *huius litterae, die iv Septembris anno* MDIIII *Vlyssipone ad* Petrum Soderinum, *perpetuum Reip. Florentinae Vexilliferum datae, typis non semel editae, & nuperis temporibus, nostra cura, Florentiae anno* MDCCXLV 4. *recusae, quibus alia eiusdem* Americi Laurentio Medici *inscripta Epistola, ex intervallo subiuncta legitur. In iis igitur ad* Petrum Soderinum *litteris haec non longe ab initio notanda sunt.* Mi rendo certo, *che* V. Mag. mi tiene nel numero dei suoi servidori, ricordandosi, come nel tempo della mia gioventù vi ero amico, & hora servidore, & andando ad udire e principii di grammatica sotto la buona vita & doctrina del venerabile Religioso Frate di S. Marco Fra *Giorgio Antonio Vespucci*, mio Cio, *e* consigli, & doctrina del quale piacesse a Dio, *che* io havesse seguitato &c. *Voces quidem illae* mio Cio, *absunt ab antiqua editione, e qua superiora descripsimus, cuiusque exemplar, quod fuit* Antonii Mariae Bisciouii, *mihi commodavit eruditissimus* Io. Bapt. Clemens Nellius, *Eques & Senator Florentinus. In hoc,* Baccius Valorius, *cuius olim fuerat liber, manu sua nonnulla, quae marginibus corrosae, deperdita erant, supplevit, ac praecipue voces illas* mio Cio, *quas ex alio aliquo exemplari, sive etiam ex autographo, (quod facile potuit in eius manus, ex tum recenti, venire) desumpsit. At mihi quidem ipsa illa, alterius vocis* Cio *pro* Zio *depravatio, argumento est, utramque ex autographo fuisse translatam. Quam enim mendosa sit (quales plurimae in iisdem litteris occurrunt, ab homine Italo diu inter Hispanos versato inculcatae, quas neque eius Italicas possis dicere, neque plane Hispanicas) credibile non est* Valorium, *nisi alienum religiose describentem, quidquam tam oscitanter scripsisse. Certe qui latine easdem convertit, voces illas in suo exemplari reperierat. Sic enim hunc locum est interpretatus.* Spero quod Tua Maiestas me de clientulorum suorum numero non excludet, ubi recordabitur, quod olim mutuam habuerimus inter nos amicitiam, tempore iuventutis nostrae, quum grammaticae rudimenta imbibentes sub probata vita, & doctrina venerabilis & religiosi Fratris de S. Marco *Georgii Antonii Vespucci*, avunculi mei, pariter militaremus, cuius avunculi vestigia utinam sequi potuissem &c. *Peccavit tamen interpres, quod avunculum dixit, quem patruum dicere debuisset. Constat enim,* Americi *patrem* Anastasium, Georgii *huius* Antonii *germanum fratrem fuisse. Erravit iterum, quod & hic, & alibi, maiestatem saepe compellat, quasi ad Regem datae essent hae litterae, quas & ad condiscipulum, & ad Florentinum hominem, civem suum, & ad Reip. Florentinae Ducem ab* Americo *datas, ut quis modo eas, vel male perlegerit, quam apertissime deprehendet. Quum autem constet, eo quo scriptae sunt tempore, Reip. Florentinae regimen penes* Petrum Soderinum *fuisse, eumque* Georgio Antonio Vespuccio *grammaticae artis doctore, in adolescentia esse usum, (quod* Iulianus Riccius, *praeter ceteros, scriptum reliquit) dubitare non possumus, quin ad eum, non ad ullum Regem, ab* Americo *sint datae. At nobis quidem facilius est divinare, cur Regi, quam cur* Renato *potissimum Regi eas latinus interpres inscripserit. Nam, quum frequens in iis sit compellatio illa* Vostra M. Vostra Ma *fieri potuit, ut homo, non satis attentus, Regiam illam compellationem esse, &* Vestram Maiestatem, *non, ut verum erat,* Vestram Ma-

Magnificentium (*qua compellatione praecellentes in Rep. Viri adficiebantur*) *legendum, ac propterea ad Regem datas eas literas opinaretur; sed*, unde Renatus, *Siciliae Rex, qui, ut alia mittamus, amplius viginti annis ante, quam illa Americam scriberet, obierat, interpres vetere in mentem hancce venire potuerit, suspicari nomine possumus. Sed his omissis in praestantissimo Viro* Georgio Antonio Vespuccio *aliquantulum immoremur, ac primo de eo diserte loquentem* Robertum Ubaldinum *in Annalibus MSS sui Ordinis* (1) *audiamus. Georgius Antonius (inquit ille)*, Ser *Amerigi de Vespuccis*, Praepositus Cathedralis Ecclesiae Florentinae, vir de integritate vitae, & morum in urbe Florentia semper, & a cunctis opinatissimus, litteris latinis, & graecis ornatissimus, a quo bonae litterae, & in urbe Florentia, & in tota paene Italia exceptae sunt &c. *Praeclara de* Georgio *nostro in Codice studii habet, qui Annalis* Ubald. *ini continuavit, his verbis* (2) *Frater* Georgius Antonius Vespuccius, qui Ecclesiae Cathedralis Florentinae Canonicus, & Praepositus fuerat, litteris graecis & latinis apprime eruditus, moribus vero ita instructus, ut specimen civitatis esset, & diceretur &c. Migravit e saeculo XVII. Aprilis mortuus in Conventu Fesulano &c. Erudivit autem Pater hic juventutem Florentinam, & praesertim Nobiles, *etiam inopes sumptibus*, quam litteris latinis, & graecis. Huius sunt in Bibliotheca Codices, tam graeci, cum latini quamplurimi, quos vel ipse *sibi scripserat*, vel hinc inde conquisierat, diligentissimus, & scrupulosissimus amator, ac servator cujuscumque generis librorum, ut cum vita etiam ipsa, charissimi essent Codices, & litterae. *Paullo aliter, quoad ad* Vespuccii *obitum spectat*, Seraphinus Razzius *in Chronico suo Romanae Provinciae pag.* 121. Fra *Giorgio Antonio Vespucci* Canonico, e Proposto del Duomo di Firenze in età senile si vestì in S. Marco. Morì nel Convento di Fiesole a' XVII. d'Aprile del 1514 il lunedì della Resurrezione, e lasciò al Convento di S. Marco gran copia di bellissimi libri &c. *Sed de eo plura congessit Cl.* Salvinius *in Vitis Canonicorum Florentinorum, quae MSS adservantur in Tabulario Florentini Capituli. Codices vero* Vespuccii *hanc notam in calce praeseferunt.* Liber *Georgii Antonii Vespucci*, sive habitus a Fratre *Georgio Antonio Vespuccio* MCCCCLXXXIX &c. *Nonnullos quoque in alii* Georgius *a Bartholomaeo germano suo exaratus, in quorum fine* Liber *Georgii Antonii Vespucci*, καὶ τῶν φίλων, quem scripsit *Bartholomaeus Vespuccius* frater. *Hunc vero uberrimum Codicum thesaurum tanti studio a viris clarissimis comparatum, una paene dies, nefasta illa quidem, ac memorabilis, a Marciano avulsit Sacrario. Atque fortunam ludentis impetum, a* Roberto Ubaldinio *illius Monasterii Chronographo memoriae mandatum Part. I. Annal. ad an.* MCCCCXCVIII. *qui in Savonarolae tumultu tunc aderat, in eoque lapidum ictuumque vitae saepe excepit.* Adveniente vespera (*die scilicet* VIII. *Aprilis an.* MCCCCXCVIII.) iterum Fratris *Hieronymi* (Savonarolae *nempe*) per caduceatores potestati in Palatium &c. Repente oppugnatores ingressi nobiles quidam juvenes, & Fratrem propinqui se in dormitoria pro custodia Conventus locarunt, adhibitis etiam caduceatoribus Dominationis, ne quid per populi tumultum raperetur, ut praesertim duae pulcherrimae Bibliothecae, altera & antiqua Conventus, altera librorum gentis *Mediceae*, quae adhuc in eodem Conventu erant, ex qua *Petrus Medices* cum fratribus exulabat &c. *Et paullo infra*: Insequente (*inquit*) mox Dominatio mense Maii (*An.* MCCCCXCVIII.) videtur a Domino Deo electa, quae Fratres

(1) Part. III. MSS in Bibliotheca S. Marci. (2) Part. IV. Annal.

Fratres S. Marci in patientia exercere, ideoque tenemur orare pro illis, quia instrumentum Domini fuerunt ad explorandam eorum constantiam. Itaque statim die octava Maii libros *Petri Medices*, & fractum eius, tam graecos, quam latinos, in quibus Conventus, divenditis praediis aliquibus S. Mariae Magdalenae, & pecuniis etiam mutuo conquisitis, & sponsoribus amicorum intercedentibus, exsolverat florenos mille octingentos, & obligaverat se ad alios florenos mille, ut supra dictum est, ut patet in contractibus super tali re factis mense Ianuario MCCCCXCV cum Syndicis rebellium, namque videbatur nos libere postulare tamquam suos posse, iussit tamen asportari in Palatium, & per inventarium resignari. Et adsidue custodiebantur, & famuli Palatii Conventum adservabant, ne quis vasculum ingrederetur &c.

Tandem Aeditui ipsos anno MDCCVII. colmisse quadraginta circiter impressa Volumina, in quibus de rebus, utplurimum moralibus, ac nostrae historiae pertractabatur, atque Bibliothecae nostrae tandidisse, in quodam memorabilium Libro ab ipsis pertinente adnotatum comperimus.

Haec itaque libraria supellex, partim emptionibus, partim donationibus congesta, quum usque ad annum MDCLXXX in eadem sede, in qua primitus condita fuerat, permansisset, contigit, ut eo tempore Canonici Ecclesiae Metropolitanae de loco, ubi Capitulares congressus inirent solliciti, Bibliothecam hanc de medio tollere cogitarent. Res e sententia cessit. Bibliothecae Conclave Capitularibus Canonicorum sessionibus addictum, domus Bibliothecarii in eorumdem tabularii usum redacta, Codices vero omnes in quoddam Aedituum Magistratus tenebricosum cubiculum reclusi fuerunt.

Hanc primam Bibliothecae calamitatem alia subsequuta est, quum enim in proximo publicis panibus excoquendis destinato aedificio magnum excitatum esset incendium, flammarum impetus in locum quoque, ubi iacebant Codices, pervasit, quorum magna eorumdem pars penitus combusta deperiit, reliqui partim semiusti, partim madore ex aquis ad extinguendum ignem infusis corrupti, ac fere obliti superfuerunt. Aliud quoque infortunium huic Bibliothecae contigisse iam tum ex eo tempore, quo in Canonica adservabatur, magno cum animi dolore, ac lacrymis paene obortis, dum eius Volumina sedulo pervolutaremus, animadvertimus: quum enim ferme omnia iam vetustissima, quae remansere, insignibus partim Magistratus Aedituum, partim familiarum, ad quas olim pertinuerant, essent in primo folio decorata, plurima etiam insignibus litteris, auro minioque elaboratis, aliisque in margine elegantibus picturis exornata, factum est, eorum fortasse incuria, quibus Bibliothecae custodiendae provincia fuerat demandata, ut in nepotissimam, audacemque imperitorum hominum, manus devenirent, qui non solum familiarum stemmata gentilitia, ornatusque marginales, sed integra quandoque folia detruncarunt, maximo rei litterariae detrimento. Operumque insignium iacturam proinde irreparabili, ita ut vere scribat Angelus Bargaeus *videatur, dum ait: veteres monumenta, non Wandalos, aut Gothos, sed eos ipsos, qui ea servare debuerant, perdidisse* (1)

Post tot Bibliothecae infortunia, quae superfuerant ex ipsa reliquiae, eaedem plerisque ignotae aliquamdiu iacuisse ex eo potissimum colligitur, quod celebris Iurisconsultus Henricus Brenchmannus, *qui pro historia Pandectarum contexenda* Flo-

(1) Vid. *Petri Angeli Bargaei* Lib. De privatorum, publicorumque Aedificiorum Urbis Romae eversoribus &c. Florentiae apud Bargaeanorum *formatoribus* MDLXXXIX. 4.

Florentiae diu commoratus est, ut varios Iuris Civilis manuscriptos textus perquireret, atque consuleret, nullum de vetustissimis Bibliothecae nostrae Exemplaribus, hac de re pertractantibus, quae maximo illi adiumento esse potuissent, notitiam habuerit. Primus, qui Bibliothecam hanc e tenebris in lucem eduxerit, fuit Ioannes Lamius, *eo potissimum consilio, ut monumenta ad historiam Ecclesiae Florentinae, quam moliebatur, opportuna, siqua inibi essent, investigaret, variosque Novi Testamenti manuscriptos textus, qui in eius Opere de Eruditione Apostolorum recensentur, consuleret. Idem fecerunt eo ferme tempore* Hieronymus Lagomarsinus *S. I. Presbyter, qui pro sua* Ciceronis *Operum editione, quotquot ibi reperit Codices eiusdem scripta continentes, diligentissime contulit, ut ex epigraphe eius manu singulis apposita videre licet;* Ioseph Brocchius *pro Sanctorum ac Sanctarum Florentinorum vitis contexendis;* Franciscus Fogginius *pro suo Opere de Romano D. Petri Itinere & Episcopatu, ubi de primis Florentinorum Apostolis agit;* Laurentius Mehus *pro sua magnae molis Praefatione ad Vitam & Epistolas* Ambrosii Traversarii *Camaldulensium Generalis;* Ioseph Richa *S. I. Presbyter pro suis Ecclesiarum Florentinarum Notitiis Historicis;* Antonius Franciscus Gorius, *Baptisterii Florentini illustris Praepositus, in suis de Martyrio Sancti* Romuli *Controversiis;* Franciscus Antonius Zaccaria, *in Excursu Litterario per Italiam, Venetiis ex* Remondiniano *Typographeo* MDCCLIV. 4. *ubi pag. 287. seq. varios praestantiores recenset Codices; ac tandem* Laurentius Ximenius, *qui in Praefatione ad Veterem & Novum Gnomonem Florentinum, Calendarium Saeculi IX. ex quodam pretiosissimo huius Bibliothecae Codice textum in lucem dedit. Hos omnes igitur omnium opera ac studio factum fuit, ut Metropolitanae Ecclesiae Bibliotheca, Litterariae Reipublicae innotesceret.*

Sciendum denique est, Volumina quae adhuc ex ipsa supersunt, esse numero CCLXXVI. *quae olim in tredecim Classes erant distributa, quarum prima continebat Theologos, II. Expositores Ecclesiasticos, III. Sanctos Patres, IV. Canonistas, V. Ius Civile, VI. Moralia, & Ritualia, VII. Historiam Sacram, VIII. Passionalia, Homiliaria, & Lectionaria, IX. Philosophos, X. Grammaticos, XI. Poetas Latinos, XII. Libros Graecos, XIII. Rhetores. Ex his, Volumina quinquaginta duo typis erant Saeculo XV. impressa, quae, iubente* Magno Duce nostro Petro Leopoldo, *sub die* VIII. *Iunii anni* MDCCLXXXIII. *in* Magliabechianam *Bibliothecam translata sunt.*

Bibliothecae Abbatiae Florentinae Ecclesiae singularis etiam existimatione Codices quosdam Mediceos, qui pertinebant ad Coenobium in Agro Mugellano situm, in loco, qui vulgo dicitur il Bosco ai Frati, *ubi degunt adhuc Monachi Franciscani, qui de Observantia nuncupantur. Hanc nobilissimam Bibliothecam, una cum Coenobio & Ecclesia,* Cosmus, *&* Laurentius, Ioannis *filii* Medices, *atque germani fratres, anno circiter* MCCCCXXX. *aedificaverunt, antiquisque Codicibus instruxerunt. Quum enim in rus paternum,* Cafaggiolo *vulgo nuncupatum, non longe abs loco distans, ad animi levamentum magni illi viri saepe deverterent, & cum Religiosis illis de sacrarum litterarum studiis libenter colloquerentur, optime concedi perviderunt, ut libris ad eiusmodi studiorum genus pertinentibus in illo religioso recessu non indigerent. Sed quum humana omnia fluxa sint & caduca, ac libri potissimum annorum vicibus subiiciantur, factum est, ut procedenti tempore, haec Medicea Bibliotheca distraheretur, superstitibus nunc in naufragio tantummodo membranaceis Codicibus in forma atlantica, XVIII. venerandae antiquitatis, utpote saeculo XI. & XII. plerumque exaratis. Hi igitur admodum detruncati maleque*

Digitized by Google

quae adfecti, & iam peritari, PETRI LEOPOLDI munificentia ab interitu vindicati, & in pristinum nitorem restituti, in doctorum hominum conspectum laeti prodeant.

Itaque huic Volumini I finem imponent nonnulli antiquissimi Codices in Laurentianam item translati ex celeberrimo Montis Amiatae Coenobio, in Agro Senensi sito, non procul ab arce Radicofani, quod a Rege Langobardorum Rachis fuisse fundatum sub Episcopo Clusinorum Arnaldo anno Chr. DCCXLII. memoriae Senenses historici prodiderant, ut habet Ferdinandus Vghellius Ital. Sacr. Tom. III. p. 587. Sed quidquid sit de eius origine, certum exploratumque est, exstitisse Monasterium illud iam saeculo VIII. quum ex Diplomate a laudato Vghellio relato pag. 590. quam apertissime adpareat, fuisse a Carolo Magno redditibus auctum, & splendidis introductionibus nobilitatum; quae insuper Ludovicus inde Pius Imperator, eius filius, confirmavit anno Christi DCCCXVI. Praeterea Theobaldus, Episcopus Clusinus, praecipuo studio eiusdem Monasterii iura ac latifundia apud Caesares, in quorum gratiam se insinuaverat, tueri se testem praestitit, atque insolato; ditavit insuper illud quamplurimis manuscriptis Codicibus, quos ipse apprime eruditus, exscribendos curaverat, ut Amiatini Monachi in ea solitudine haberent unde sibi doctrinarum subsidia comparare possent. Ex his supersunt nunc Codices tantummodo septem, quos inter praestantissimus est Vetus & Novum Testamentum, tempore sanctissimi Gregorii Magni Pontificis litteris uncialibus exaratum, sicut antiquitus apud Romanos scribi passim solebat, quod peculiari Dissertatione, huic latius expetendo, illustravimus.

Eadem methodo exstantiae in secundo Volumine Codices Gaddiani reliqui, qui ex publica Magliabechiana Bibliotheca in Laurentianam sunt superstiti, de quorum per tria ferme saecula illustribus collectoribus iam fuse egimus in Praefatione Tomo IV. Codicum Latinorum Bibliothecae Laurentianae praemissa.

Pone sequentur Codices Bibliothecae Strozzianae, quos Carolus Senator Strozza, Palatinus Comes, vir omni laude & immortalitate dignissimus, iure merito rei antiquariae magnus investigator & pater appellatus, studiose congessit. Obtento enim anno MDCXXVII. a Magno Etruriae Duce Edicto, ut nemo cuiuscumque generis scriptos Codices distrahere posset, nisi prius ab eo visi fuissent, plurimas ideo eruditae antiquitatis reliquias ab oblivione, ac temporum clade vindicavit. Lucem vir ille praestantissimus adspexit Florentiae die III. Iunii anni MDCXXXVII. decessitque die XXIII. Martii an. MDCLXX. de quo in Florentinis Litterariis Novellis anni MDCCLXXXVI sub num. 3. 4. 5. 6. 7. plura scitu digna in medium protulimus. Exstincta siquidem Caroli Auctoris nobilissima familia die XVII. Martii anni MDCCLXXXIV ob mortem Alexandri Caroli, Thomae filii Strozzae, ne tam pretiosa veteris aevi cimelia, ipsa quoque magno Reipublicae Litterariae damno interirent, PETRUS LEOPOLDUS Magnus Dux noster curavit, iussitque ut MSS. Codices, partim in Bibliotheca Laurentiana, partim in Magliabechiana reponerentur.

Tandem recensenda erit Bibliotheca Medicea Fesulana, quae, ut ab illius aevi Scriptoribus discimus, una cum Coenobio S. Bartholomaei ad Fesulani Montis radices a Magno Cosmo, dum LXXXIII. aetatis suae annum ageret, in extrema Monachorum tyrocinii parte sinistra aedificata est. Patet adhuc quadrata aula, a tribus fenestris lumen adcipiens, cui superadditum fuit laqueare ligneum, in varia distinctum quadrata aequilatera, picturisque exornata, in quibus Cosmae stemma gentilitium, septem constans pilis, quamvis vetustate detritum suspicitur, quod etiam in summae foribus repetitum videre est. Codices in Pluteis XX. repositi fuerant, decem ex parte Meridiei, ac decem ex parte Occasus, ut ex antiquo Catalogo;

Cosmae

Coſmae *aetate conſcripti, quam apertiſſime eruitur. Verum ſequiori tempore, Pluteis, aliiſque ornamentis ſpoliata, in inferius conclave, quod Capitulum dicebatur, tranſlata fuit, avulſis plerumque pulcherrimis, quibus nonnulli Codices exornabantur picturis. In pleriſque tamen leguntur adhuc donatoris Medicaei illuſtria monumenta, eademque* Coſmae *elogia, quae ſuis locis ſunt a nobis proferenda.*

Hanc pone ſequetur Palatina *Magnorum Etruriae Ducum Bibliotheca, Latinis, Italicis, & Gallicis antiquis Codicibus refertiſſima, quorum potiores ex Lotharingia a* Franciſco III. *Lotharingio, Magno Etruriae Duce, & poſtmodum Auguſtiſſimo Imperatore, Florentiam advecti fuerunt, & in Regio Palatio collecti. Orientalium Codicum eiuſdem* Palatinae *Bibliothecae recenſionem conſulto omittimus, eo quod ipſam Cl. Praeſul* Stephanus Evodius Aſſemanus *Archiepiſcopus Apameae iam ab anno* MDCCXLII *Florentiae typis* Albizzinianis *in fol. publica luce donaverit.*

Accedet fortaſſe tertius Tomus, in quo de celeberrimo Codice Pandectarum, de Chartis autographis Oecumenici *Concilii Florentini, in capſula argentea repoſitis, de Graecis Evangeliariis, quorum unum aureis litteris eſt exaratum, aliiſque illius bonitatis Codicibus, quos in Regio Gazophylacio cuſtodiuntur, nobis erit diſſerendum. Addemus etiam pro coronide anecdota quaedam pretioſiora, & indices uberrimos, qui maxime uſui eſſe poterunt iis omnibus, qui aliarum Europae Bibliothecarum Codices quoſcumque generis manuſcriptos voluerint recenſere.*

En vides, humaniſſime Lector, me, abſoluto iam, duodecim abhinc annos, poſt incredibiles moleſtias atque aerumnas per viginti & amplius annos patientiſſime toleratas, ſplendido illo, atque ſpectatiſſimo Codicum Bibliothecae Mediceae Laurentianae *iam in ſex Voluminibus Catalogo, dum vitam otioſam tranquillamque ducere cogitarem, aliud mihi graviſſimum onus impoſuiſſe. Factum eſt enim, ut paulo poſt praevalentiſſimus Princeps meus* Petrus Leopoldus, *nunc Auguſtiſſimus Imperator, plures Codicum manuſcriptorum ſeries, ex variis locis, in quibus iam tineis blattiſque ſordidatae collocabantur, ac deperibant, in Mediceo Sacrario ad* D. Laurentii *lucem invectae fuerint.*

Coepi itaque amore duntaxat erga litteras meo, & quod hoc pretium plurimum me bonarum litterarum cultoribus profuturum eſſe cenſerem, eadem methodo, qua in praecedenti Opere uſus ſum, novam hanc Bibliothecam condere, & in publicam ſtudioſorum utilitatem in propatulo collocare. At primo quidem, numeratis cuiuſcumque Codicis foliis, Librorum argumenta, metrum, magnitudinem atque ornamenta accurate, diligenterque deſcripſi, nec ullam remiſi curam, licet laboris, ac taedii pleniſſimam, ut ſingula Volumina, licet antiquiſſima, cum aevi diuturnitate evaneſcentibus litteris, ac compendiariis notis exarata, diligenti examine excuterem, auctorum nomina indicarem, titulos vel deperditos repararem, eos etiam, qui omnino deerant, ex Operis argumento ſupplerem, ſuppoſita a genuinis ſecernerem, & alia ſuis auctoribus vindicarem. Praeterea ſingulorum aetatem notavi, & integra aliquando excerpſi Opuſcula, Epiſtolas, Praefationes, Poemata, Anecdota cuiuſcumque generis, quae a ſuperis editoribus aberant, linguae praeſertim noſtrae, & ſpectatiora eorum Operum, quae nondum vulgata eſſe cognovi, ſub oculis poſui.

Habes itaque paucis, amiciſſime Lector, quae de novi huiuſce Catalogi argumento, inſtituto, ratione, ſumma, auctoreque etiam expetenda. Quod ſi in eo aliquid inveneris, quod tibi arrideat, id totum Deo omnipotenti, bonorum operum perfectori, quod in mea iam ingraveſcenti aetate, in eo condendo, caſtigando, exornando, et typis committendo benigniſſime adfuerit, acceptum referas, rogo. Vale.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA AEDILIVM FLORENTINAE ECCLESIAE NVNC LAVRENTIANA.

CODEX I.

NICOLAI DE LYRA POSTILLA IN PSALTERIVM &c.

Lpag 1. PRaecedit Prooemium cuius initium est: *Propheta magnus surrexit in nobis. Lucae VII.* Quamvis *Liber Psalmorum apud Hebraeos inter hagiographa computetur.* Finis: *Sicut & primus Psalmus ab Esdra qui eundem prologum composuit, tanquam appositus enim Psalmos composuit, ut ipsa dicetur.* In primum Psalmum *Beatus vir &c.* Postilla inc. *Quamvis beatus Augustinus dicat quod David fuisse auctorem* (sic) *omnium Psalmorum.* In ultimum *Laudate Dominum in sanctis eius &c.* des. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in saecula saeculorum laudabunt te, ad quam laudem nos perducat, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit, & regnat in saecula saeculorum. Amen.* Tum subiicitur: *Explicit Postilla supra Librum Psalmorum edita a Fratre Nicolao de Lyra de Ordine Fratrum Minorum, sub anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimonono die secunda mensis Octobris finita & completa scribi* (quae tamen vox scribi ab alia manu adiecta est.) Contulit quoad textum & finem cum edita in secundo Voluminum Postillarum Lyrani in Vetus Testamentum, Venetiis per Io. de Colonia & Nicolaum Ienson & socios Anno MCCCCLXXXI. fol.

Biblioth. Aedil. Flor. Eccl.

II pag 230. Veritates seu Flores excerpti ex Augustini Libro de Civitate Dei auctore Anonymo. Prima Veritas Libri primi inc. *Prima Veritas est, quod illa disciplina quae a totius orbis est immensitas ...* Ultima Veritas (quae est XLVI) Libri XXII. des. *ibi vacabimus, videbimus, & laudabimus, quam consummationem concedat Dominus nobis &c.* Tum subiungitur Tabula praedictorum Florum, seu Veritatum, ordine alphabeti.

III pag 308. In Dionysii Areopagitae Libros de Mystica Theologia, de Ecclesiastica, & Angelica Hierarchia Commentarius sive auctoris nomine, qui tamen est Franciscus de Mayronis (1) cum Prologo, cuius initium est: *Arcana verba, quae non licet homini loqui 2. ad Cor. 12. c. Quia revelata facie gloriam Domini speculando Domini gentium fuimus in eadem imagine transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu, ut scribitur 2. ad Cor. 3. c. idcirco beatus sua revelatione tunc temporis laetitia Paulus Apostolus celsitudinem ... quae sibi coelestis inspiratio in verbo proponere introducit. Flor. Et quoniam ad illam felicitatem patriae perveniatur per adiutum Sapientium doctrinae quae datur Doctrina, ideo ad istius doctrinae intuendam laudationem praeintendam aliqualiter decreta ... Domino nostro Iesu Christo colligere in hac*

schola

A

(1) Auctor huius Commentarii est Franciscus de Mayronis Gallus ex oppido Villa Barthelemi ... Doctoris Illuminati ... inter Scholasticos Doctores ... Mayronis ... & Decretis ... Ord. Minorum Florentiae Anno MCCCXXV. Semper ... Waddingus Wharthon & Fabric... Med. Tom. II pag. 196 ... Dionysii Areopagitae Libros Regii ... Tom. II pag. 13 ... N. CXCVIII. Vid. Catalog. Tom. II. pag. 13.

tabula gemina sanctorum, in quibus non residet Dominum scientia, propellunt me ad istud negotium seu tractatum Illustrissimo Domino meo Domino Dei gratia Regi Hispaniarum & Siciliae, cuius Serenitatem summam adeo vernans in sapientia amor sublimius adlexit, ut non solum Princeps inclytus, sed etiam verus Philosophus non immerito possit dici (1). Commentarius in Mysticam Theologiam &c. Et quia inter caetera Sanctorum documenta, post Decreta Sacri Canonis, doctrina beati Dionysii Areopagitae est prae quasi illas, quae nunc divulgantur commentur apud Latinos tractatum, ideo ego tamen procedendo a minoribus ad maiora, occurrit primo Liber de Mystica Theologia &c. In Hierarchiam Angelicam &c. & ideo &c., quod inducit interdum gustare illam satisfactionem, quamvis animales homines istud non credant, qui non sunt experti. Et sic est finis totius Operis.

IV. pag. 359 b. Anonymi circa Resurrectionem Domini nostri Iesu Christi Quaestiones quindecim. Post ipsarum enumerationem prima inc. Primo quaeritur, quid est Resurrectio? Dionysius de Caelesti Hierarchia dicit, quod mors non est aliud nisi [illegible], sed est communicatorum separatio & e converso Resurrectio est separatorum communio. Ultima des. Vel potest dici, quod sibi non apparuit, quia Virgo semper cum Domino semper fuit, nec ab eo recessit, sicut dictum est supra &c. unde indiget conclusione.

V. pag. 364. Explanatio in Cap. Firmiter credimus &c. De summa Trinitate, & Fide Catholica, auctore Anonymo (2). Inc. Fidelis sermo, & omnium acceptione dignus 1 Tim. c. 10. sabbatum istud verbum. Quia vero [illegible] Capitulum Firmiter credimus, est subsequens, de summa Trinitate & Fide Catholica praecipue in [illegible] ad introductionem ignis continentem omnium verbum [illegible] sermo &c. Desinit imperfectum in verbis Quantum debent, si sola in her conditum, & Adam non genuisset [illegible] propagari ab eo contraxisset peccatum originali? De hoc autem quod non, quia p [illegible] causa in generatione sua [illegible] & si ille fuisset [illegible] pluribus foliis vacuis relictis ad reliqua supplenda.

Ad calcem primi folii legitur: *Iste Liber est Domini Geminiani de Inghyramis de Prato Canonici Florentini Decretorum Doctoris, & Auditoris Sacri Palatii Apostolici Causarum* duplici semper ipsius familiae gentilitio stemmate.

Pro Codicis tegumento adhibitum est Diploma Sigismundi Imperatoris ad omnes Principes tam Ecclesiasticos quam Regulares &c. in quo continetur sententia, quam ad Ecclesiam quamdam Daventriensis Dioecesis pertinet, lata a Petro Nardi Decretorum Doctore, Canonico Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, D. N. Papae Capellano, ipsiusque Sacri Palatii Apostolici Auditore (sub Martino PP. V.) ex ea cedulam Geminiani de Prato Doctoris Decretorum, & dicti Palatii causarum Auditoris &c. Dat. *Sub Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo Ind. XV. die vero Mensis* [illegible] *Iulii, Pontificatus prefati D. N. Martini Papae quinti anno quinto, praesentibus &c.*

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV ineuntis, cum notulis aliquot marginalibus manu [illegible] optime servatus. Constat foliis scriptis 383.

D. PAULLI EPISTOLAE.

Cod. II.

EPistolae XIV. Divi Paulli cum scholiis marginalibus & glossis [illegible] eiusdem auctor. Scholia quidem sunt anonyma, sed concordant forma cum illis, quae occurrunt in Cod. ce V. Plutei XXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. p. 715 ubi SS. Ambrosii, Augustini, Gregorii & Hieronymi nomina habent adscripta. Praeter haec utrique alia et non pauca scholia hinc inde adiecta fuerunt manu saeculi XV & XV, ac praecipue in primam ad Corinthios.

In prima pagina praefatur Codicis [illegible] pit: *Iste Liber est Domini Geminiani de Inghyramis de Prato, Canonici Florentini Decretorum Doctoris, & Auditoris Sacri Palatii Apostolici Causarum* apposito eius familiae suae stemmate gentilitio.

Codex membranac. MS. in 4. Saec. XII vere insignis cum initialibus Epistolarum antiquo more depictis. Constat foliis scriptis 184.

D. HIERONYMI EPISTOLAE ET ALIA.

Cod. III.

S. Hieronymi ad diversos, & aliorum Epistolae ad ipsum, quae collatae cum edita inter eius Opera impressa Veronae MDCCXXXIV in fol. Tom. I hoc praecedunt ordine numerus post numerum [illegible], qui totam fere primam paginam comprehendit, prima est

(Cod.)	(Edit.)
I. pag. 1. b. Epistola Papae Damasi ad Hieronymum Presbyterum	xxxv.
II. pag. 2. Eiusdem ad eundem	xix.
III. pag. ead. Hieronymi Presbyteri ad Papam Damasum de septem vindictis Cain	xxxvi.

IV. pag. 5

(1) Obiit Robertus Rex [illegible] XIX. Ian. MCCCXLIII.

(2) In margine legitur ab alia manu adscriptum nomen *Francisci Maio*.

Google

(Cod.) (Edit.)

ic pag 5. Eiusdem Translatio de Tractatu Origenis in Epithalamium, sive Origenis Homiliae duae in Canticum Canticorum, ab Hieronymo translatae, praecit Epistola ad Damasum Papam. Dat Operum edit. Tom III a pag 499 ad pag 532

c pag 13. b. Eiusdem Epistola ad Tranquillinum, quomodo Origenem legere debeat ——— lxii.

ci pag. ead. Eiusdem ad Papam Damasum de Osanna ——— xx.

cii pag 14. b. Eiusdem ad eumdem de fide, cui in Antiochia communicare deberet ——— xv.

ciii pag 15. b. Eiusdem ad eumdem unde supra ——— cci.

ix pag 16. Eiusdem ad eumdem de Seraphim & calculo Inc. *Septuaginta & mutat est ad me unus de Seraphim &c.* Est pars Epistolae XVIII incipiens a § XVII. edit. pag 57 ——— xviii.

c pag 17 Eiusdem sermo de morte Oziae regis & Seraphim & calculo in Esaia Propheta. Inc. *Et factum est in anno &c.* Est prior pars Epistolae XVIII. praedictae, ab initio usque ad § XVII ——— xviii.

xi. pag 21 Eiusdem ad eumdem de Filio Prodigo ——— xxi.

xii pag. 25. b. Augustini ad Hieronymum ——— lvi.

xiii pag. 28 Hieronymi ad Augustinum ——— cii.

In editione est longior circiter versus xvii.

cic pag. ead. Eiusdem ad eumdem ——— ciii

cc pag. ead. b. Augustini ad Praesidium ——— cxi

cvi pag ead. Eiusdem ad Hieronymum Inc. *Cor utique omnes scrutia quaque fluminis &c.* quae verba incidunt in pag 724. § III vers 7 ——— cc.

xvii pag 27 b. Eiusdem ad eumdem ——— lvi

xviii. pag 29. Hieronymi ad Augustinum ——— cv.

xic pag ead. b. Augustini ad Hieronymum ——— lxvii.

In editione quatuor versibus est longior.

xc pag 31 Eiusdem ad eumdem ——— cxv.

xci pag ead. b. Hieronymi ad Augustinum ——— cxii.

xxii pag 31 b. Hieronymi Marcellino & Anapsychiae ——— cxxvi.

xxiii pag 37 Augustini ad Hieronymum ——— cxxxi.

xxiv pag 40 b. Eiusdem ad eumdem ——— cxxxii.

ccv pag 45 Hieronymi ad Augustinum ——— cxxxiv

ccci. pag ead. Eiusdem ad eumdem ——— cxli.

cccii. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem ——— cclii.

xxviii pag. ead. Eiusdem Alypio & Augustino Episcopis ——— cciii.

xxix. pag. ead. Eiusdem Explanatio Fidei ad eumdem. Inter supposititia Tom XI pag. 146 sub titulo *Symboli Explanatio ad Damasum*

xxx pag 46 b. Disputatio de actione hominis inter supposititia Tom cit pag 146 sub titulo *Dialogus sub nomine Hieronymi & Augustini ex utriusque scriptis ab alio auctore collectus de origine animarum*

cccc pag 50. Hieronymi Epist. ad Hal[illegible]rum ——— cxc.

xxxii pag 50 Eiusdem ad Nepotianum ——— lii.

cccciii pag. 56. Eiusdem ad Paulinum Presbyterum de institutione Clericorum vel Monachorum, & de divinae historiae expositoribus diversis ——— lviii

cccc pag. 58. Eiusdem ad eumdem de omnibus divinae historiae libris ——— liii.

cccc pag. 61 Eiusdem ad Amandum Presbyterum de diversis quaestionibus ——— lv.

In Codice tamen desiderari duo diximus quod in aliis etiam Codicibus circumferri animadvertunt editores in Notationibus, quas adferunt in calce pag 297.

xxxvi pag 64 b. Eiusdem ad Pammachium de optimo genere interpretandi ——— lvii.

cxcvii pag 66 Pammachii & Oceani ad Hieronymum ——— lxxxiii.

cccciii pag. ead. b. Hieronymi ad Pammachium & Oceanum ——— lxxxiv.

cxxix pag 69. Eiusdem ad Oceanum de Vita Clericorum. Inter supposititia Tom XI pag 270.

xl. pag. 72 b. Eiusdem ad eumdem de unius uxoris viro ——— lxix.

xli pag. 74. Eiusdem ad Evagrium, qualiter Presbyter & Diaconus differant ——— cxlvi.

xlii pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem de Melchisedech ——— lxxiii

ciii pag. 76. Eiusdem ad Marcum Presbyterum Calcide ——— xvii.

xliv. pag. ead. b. Eiusdem ad

A 2 Aci-

(Cod.) (Edit.)

Avitum, ubi ea, quae in Libris Periarchon adversus Fidem Catholicam sunt, paucis ——— CXXIV

XLV pag. 80. Definitio Fidei Symbolique Nicaeni Capitibus Inter supposititia Tom. XI pag. 149 sub titulo *Explanatio Fidei ad Cyrillum.*

XLVI pag. 82 Hieronymi ad Exsuperantium ——— CXLV.

XLVII pag. ead. b. Eiusdem ad Rusticum exhortatoria super poenitentiam ——— CXXII

XLVIII pag. 84. b. Eiusdem ad Desiderium ——— XLVII

XLIX pag. 85 Eiusdem de tribus Virtutibus Inter supposititia Tom. eu pag. 87

L pag. 86. b. Eiusdem ad Dardanum de terra repromissionis CCCIX.

LI. pag. 88 b Epiphanii ad Ioannem Constantinopolitanum — LI.

LII. pag. 91 b Hieronymi ad Lucinum ——— LXXI

LIII pag. 92 b Eiusdem adversus Vigilantii blasphemias ——— LXL.

LIV pag. 94. Eiusdem ad Riparium Presbyterum adversus Vigilantium ——— CIX

LV pag. ead. b Eiusdem adversus Vigilantium Extat Operum Tom. II a pag. 387 ad pag. 400.

LVI pag. 98 Eiusdem contra Helvidium de Virginitate S. Dei Genitricis Tom. II a p. 205. ad pag. 230

LVII. pag. 104. Eiusdem sermo in Assumptione Sanctae Mariae Inter supposititia Tom. XI a pag. 92 ad pag. 109.

LVIII pag. 110. Eiusdem adversus Magnum Oratorem urbis Romae ——— LXX

LIX pag. 111 Eiusdem ad Rufinum Presbyterum de iudicio Salomonis ——— LXXIV.

LX pag. 112 Eiusdem ad Vitalem Presbyterum de Salomone & Achaz ——— LXXII.

In Codice tamen inc. *Quomodo Salomon & Achaz undecim annorum genuisse dicantur filios Zenon nauclerus &c*

LXI pag. 113 Eiusdem ad Florentinum de urbe am cictas — IV

LXII. pag. ead. Eiusdem ad eumdem ——— V

Continet hoc maximee molis, & admirandae pulcritudinis & elegantiae volumen totum vetus & novum Testamentum, maioribus Romanis litteris tempore S. Gregorii Magni summi Pontificis a Servando Monacho ... diligentissime exaratum, a nobis peculiari Dissertatione in calce huius voluminis, meliori qua potuimus diligentia illustratum, ad quam mentem litterarum studiosos remittimus.

Codex membr. MS in fol. max. Saec. VI elegantissimus, quantivis pretii. Constat foliis integris ex una parte numeratis 1030.

HOMILIARIVM ET PASSIONALE

Cod. II

Codex est in principio mutilus ex antique enim paginarum numeratione, quatuor prima folia excidisse deprehendimus. Incipit autem e fragmento eiusdam expositionis in Epist. D. Pauli ad Phil. ... et verba ... *& pax Dei quae exsuperat omnem sensum* ... *Angelorum & hominum* ... Huius fragmenti postrema verba sunt ... *per Christum Iesum* ...

I p. 1 Alia Expositio in eamdem Epist. D. Pauli, & quidem in illa verba *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete*. Inc. ... *gaudium in Domino, qui in saeculum gaudis non gaudent*. Dei ... *ex parte scimus, & ex parte prophetamus, donec veniat quod perfectum est*.

II pag. eod. b Lectiones tres ex Isaia desumptae, quae leguntur in Officio Matutini noctis Natalis Domini, multo tamen longiores quam quae nostris temporibus recitantur in Ecclesia.

III pag. 2 b Sermo anepigraphus, sed est sancti Augustini Inc. *Vos, inquam, convenio Iudaei &c.* ut supra pag. 345 §. XV sed hic propter defectum unius folii inter pag. 3 & 4 desinit in verbis *exultavit infans in utero matris*.

IV pag. 4 Sermo in principio mutilus ob praecisum defectum, sed videtur esse in Natale Domini. Incipit e verbis ... *sed hoc privilegium seni hodierno tempori ... quando ... lumen ... Dei ... singulis, reverti ad ... Deum, ac Dominum nostrum Iesum Christum, qui vivit &c.*

V pag. 5 b Explanatio in illo Evangelii secundum Matthaeum verba *Liber generationis Iesu Christi filii David &c.* Inc. Quaerendum est, quare dicat Liber generationis, quum non series generationis, ... *quia Dominus ... sanctam Ecclesiam laborantem, in hoc praesenti saeculo ... & gubernat, & finitis laboribus post hanc vitam, ... in aeterna saecula &c.*

VI pag. 6 b Passio beati Stephani, vel potius Sermo in eius festivitate. Inc. *Heri enim ... natalem habuimus Domini Salvatoris &c.* ut in Cod. CXXXIII supra p. 469 §. XV

VII pag. 8 Ve supra Sermo Inc. *Heri ... festivissimum diem, quo Salvatorem nostri*

nostri Jesu Christi nobis nativitas illuxit, etiam hodiernus dies beati martyris Stephani corona illuminatur. Dei homines erunt, conserve eos erant, nati unum sicut ta, sed a Christo eam coronam, qui venit &c. Apud Combefis in Biblioth. Concion. Tom. I pag. 384. sub nomine S. Augustini.

VIII. pag. ead. b. Vt supra Sermo. Post verba: *Stephanus plenus gratia, & fortitudine* inc. *Stephanus gratia* latine coronatus dicitur, qui pulcherrima ratione, quod perceptorum erat in se &c. ut in Cod. CXL. supra pag. 377 §. XXVIII.

IX. pag. 9. b. Festum beati Ioannis. Inc. *Ioannes Apostolus & Evangelista, filius Zebedæi, frater Iacobi, virgo electus a Domino, atque inter ceteros magis dilectus, qui etiam supra pectus Magistri recumbens, Evangelii sui fluenta de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit &c.* Des. *& quasi flumina quiescens* ... *ad superiora pulcris ebullivit.*

X. pag. 10. Vt supra Sermo. Post Apostoli verba: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi &c.* inc. *Quomodo secundum substantiam Deus bonus nos commoneat* ... Des. *qui vero ad Ducatum dilabemur* ... *gratia Dei, pauperiem retinebant.* Habes supra in Codice CXL. pag. 378. §. XXXII.

XI. pag. 11. In Epiphania Domini Sermo. Inc. *Audivimus nobiscum charissimi nostri, fratres, Evangelistam dicentem: Quum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ &c.* Des. *& dicat nobis ... Iacob, & lætetur Israel, quia Deus natus est Emmanuel.*

XII. pag. 12. Vt supra Sermo. Inc. *Admoniti sunt Magi in somnis ab Angelo, ne reverti, Herodi nuntiarent de Christo, sed per aliam viam ad suam pergerent regionem.* Des. *salus nationibus ... & exultemus per ipsum Deo Patri gratias referentes, cui est honor &c.*

XIII. pag. 13. Innocentorum (sic), seu potius in Festo SS. Innocentium Sermo. Inc. *David propheta sanctissimus loquitur dicens: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem &c.* Des. *in gradus Christi nascendo oriuntur, cadendo surgunt, victoria per ... tam comparatam.* Extat & in Cod. I. Plut. XIV. Biblioth. Laurent. Catal. Latinorum Codd. Tom. I. pag. 75. §. LX.

XIV. pag. 14. b. In Epistolam B. Paulli Apostoli ad Galatas Sermo. Post Apostoli verba: *Quanto tempore hæres parvulus est &c.* Inc. *Secundum consuetudinem humanæ legis loquitur hic Apostolus &c.* ut in Cod. CXXXVI. supra pag. 313. §. XXIII.

XV. pag. 16. In Octava Domini (scilicet Nativitatis Domini) Sermo. Post verba textus: *Postquam consummati sunt dies octo &c.* inc. *Quid est autem hoc, quod octava die circumciditur puer &c.* ut in Cod. CXXXVIII. supra pag. 351. §. LIX.

XVI. pag. 17. b. Alius Sermo anepigraphus. Inc. *Humani enim generis causa Dei Filius natus ex Virgine est & Spiritu Sancto, ipso ... in hac operatione consortio &c.* Des. *quomodo igitur Nicæni Concilii statuta contendunt, & nova inducuntur, quæ numquam nostri audiverunt maiores?*

XVII. pag. 18. Vt supra alius Sermo. Inc. *Kalendas Ianuarias, fratres charissimi, Romani urbis Consules & Magistratus venerabant, ut per vocabula Consulum, series renovaretur annorum.* Des. *Deus autem, qui non dum ... in tempore, similique temporum nomina fecit ... & fecit &c.* Des. *namque corpus ... & hodie suo corpore nostros ... induxit.*

XVIII. pag. ead. b. Sermo in illa Apostoli verba ad Romanos: *Obsecro vos per misericordiam Dei &c.* Inc. *Quia supra dixerat Apostolus &c.* ut in Cod. CXXXVI. supra pag. 314. §. XXXII.

XIX. pag. ... b. In Epiphania Domini Sermo. Inc. *Celebrato proxime die, quo ... virginis &c.* ut in Cod. CXXXVIII. supra pag. 351. §. LXV. sub nomine S. Leonis Papæ.

XX. pag. 21. Alius Sermo. Inc. *Gaudete in Domino, dilectissimi, iterum dico gaudete, quoniam brevi intervallo &c.* Ibid. §. LXVI. sub eiusdem S. Leonis nomine.

XXI. pag. 22. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Memoria rerum ab humano genere ... &c.* ut supra Cod. CXLIII. pag. 423. §. LXIX.

XXII. pag. 23. b. Alius Sermo. Inc. *Hodierna dies per universum mundum nova solemnitas quid nobis afferat festivitatis &c.* Des. *non qui venimus, redeamus, intuentes ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre &c.* Apud Combefis Tom. II. pag. 63. sub nomine S. Augustini.

XXIII. pag. 24. b. Alius Sermo. Inc. *Hodie verus Sol ortus est mundo, hodie in tenebris sæculi lux ... gentium est.* Des. *rebellare potuit, superare non potuit, commendantes Domino & Salvatori nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sæcula &c.* Extat in Cod. I. Plut. XIV. Biblioth. Laurent. Catal. Latin. Codd. Tom. I. pag. 78. §. XC. sub nomine S. Ambrosii; ubi tamen fine diversus. Leg. etiam Tom. XI. Operum D. Hieronymi edit. Veron. an. MDCCXLII. pag. ...

XXIV. pag. 25. b. Alius Sermo. Inc. *Sicut dies hodiernus ... nos commemorat, quod Dominum nostrum Iesum Christum adoraverint Magi, numquam primitias gentium.* Des. *in quando Deus manifestus venit, nec infans erit, quia non ... in dextera sua apparuit ... in sæcula &c.* In Append. Serm. S. Aug. p. 257. n. CXXXI.

XXV. pag. 26. b. Sermo in ea ... textus verba: *Surge, illuminare Ierusalem &c.* Inc. *Ecclesiam dicimus, quæ primum de Iudæico populo congregata est, & lumen quod super eam ortum fuit ... per Apostolos ... ad gentes.* Des. *ut ad oves perditas*

domus

domus Israël; propter quos super his intelligimur, qui de gentibus electi ad sacerdotium, missuri sunt Salvatoris.

XXVI. pag. 27 b. Sermo in ea Apostoli verba *Habentes igitur donationes &c.* Inc. *In hoc loco defectus dictionis est*, ut in Codice CXXXVI. supra pag. 314 § XXXVI.

XXVII. pag. 29 Sermo in ea Apostoli verba *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos &c.* Inc. *Apud se prudens est, & non apud Deum &c.* ut ibid. § XXXVIII. sed haec finis diversus; desinit enim; *sed vince in bono malum, idem in virtutibus vince, & supera vitia, & peccata, accipiendo ex eo palmam victoriae.*

XXVIII. pag. 30. b. Alius Sermo in ea verba *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis &c.* Inc. *Idest in omnibus servitium vestrae obsequia, & debita reddite, ut nemini quidquam, pro quo vobis negatur, debeatis. Dei enim dilectio docetur, in quod duae leges Deum videlicet, & hominem continget, vel unusquisque proximum suum diligat.*

XXIX. pag. 31. Alius Sermo. Inc. *Induti ergo vos, sicut electi Dei, sancti & dilecti, illum deponentes quae in viris hactenus fuerunt, quia ad hoc estis electi, quia viscera misericordiae, benignitatem &c.* Des. *gratias agentes Deo, & Patri per ipsum, idest Christum, qui ipse est mediator noster, & in fide illius salvamur.*

XXX. pag. 32. In Purificatione S. Mariae Sermo. Post verba *Et ecce homo erat in Jerusalem &c.* Inc. *Nos solum ab Angelis &c.* ut in Cod. CXXXIII. supra pagina 272 § XXXVI.

XXXI. pag. 33. b. Alius Sermo. Inc. *Hodiernus namque dies, fratres charissimi, magnum nobis contulit gaudium &c.* ut ibid. § XXXVI.

XXXII. pag. 34. b. Alius Sermo. Post quaedam velut initium haec verba praecurrunt. *De Simeon, quod in spatio ad completum veniret, usque ad tam locum, ubi ait: Nunc dimittis servum tuum Domine in pace.* Inc. *Digna Dei munere quaerenda est iusti, quomodo Simeon vir sanctus & Deo placens &c.* Des. *oremus omnipotentem Deum, oremus & ipsum parvulum, quem & adloqui, & tenere desideramus in brachiis, qui est homo &c.*

XXXIII. pag. 35. b. Alius Sermo. Inc. *Nunc in Domino meus, & adscendimus parentes eius Jerusalymam, ut complerentur ea, quae in lege futura praecepta.* Des. *in coronam Patrem Filiumque laudamus, cum lux, virtus & imperium est, cui est gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.*

XXXIV. pag. 36. Ut supra Sermo. Inc. *Praesens ista nationis fratres dilectissimi ideo celebratur, quia in die etiam Dominus noster Jesus Christus in templo est praesentatus.* Des. *beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre &c.*

XXXV. pag. 37. Sermo in ea Apostoli verba *Fratres, nescio, quod in quis irridens contra &c.* Inc. *Volens, & desiderans egregius praedicator &c.* ut in Codice CXXXVI. supra pag. 317 § LIII.

XXXVI. pag. 39. b. Sermo in ea Apostoli verba *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* Inc. *Apostolo transeunte a Corinthiis ad alias nationes, irrepserunt pseudoapostoli e Judaeis venientes.* Des. *& licet pro salute aliorum coactus suas virtutes narraret, tamen de utilitate gradu non cecidit.* Habes & in Cod. X. Plut. XXI. Biblioth. Laurent. Catal. Latin. Codd. Tom. I. pag. 678 § LXIV. sed in fine diversum, propterea quod post verba *convertimus in caelesti regno, in quibus ille durius* in hoc par alios viginti quatuor versus progreditur.

XXXVII. pag. 47 b. Sermo in ea Apostoli verba *Si linguis hominum loquar, & Angelorum &c.* Inc. *Haec verba ex superioribus Apostoli verbis pendent, ubi dicit: aemulamini charismata meliora, & cetera. Si linguis hominum loquar, septuaginta scilicet linguas quae divisae sunt in confusionem turris.* Des. *ipsa sola fiunt ut gaudio sempiterno, & praestantissimo vultu omnipotentis Dei.*

XXXVIII. pag. 49. b. Sermo in ea Apostoli verba *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Inc. *Exhortatio, species est doctrinae &c.* ut in Cod. CXXXVI. supra pag. 318 § LX. Haec autem distinct imperfecto in verbis: *quasi morientes, & ecce vivimus: quasi morientes, etenim Apostoli & martyres, quum per multa . . .* in quibus desinit pag. 51 b.

XXXIX. pag. 52. Sequitur ab alia manu item antiqua Tractatus anepigraphus, qui Incipit: *Quod omnes in communes commemorat, illud est, quod singulorum opus eadem fide actis sanctis, quis omnes initial pro fide vincant regna. Gideon siquidem accepturus signum a Domino innocentes viros, qui manibus aquam hauserunt, de quibus dixit et in his superabis Madian, in vellere quoque humido & sicco fide repletus, prostravit Gebe & Salmana, acceptoque coronam ex hostibus. Allegorice vero Gedeon, qui interpretatur in utero circumiens, significat Dominum Jesum Christum, qui per incarnationis mysterium in utero Virginis collocatus plenitudine divinitatis, qua omnia replendo circumdat &c.* Des. *Deum imperfecte in verbis: fidem autem firmantes, sic perseverantiam illorum dixit. Jesus Christus, heri, & hodie, ipse & in saecula, ad superiora pertinent, ubi senatus ita dixerat Deum, non te deseram, neque derelinquam. Poterant illi respondere, hoc non pertinet ad nostrum auxilium, quod nobis promissum . . . . .* Videtur esse expositio in quamdam Apostoli Pauli Epistolam. Complet autem integram quaestionem, quae fortasse ad aliud volumen pertinebat.

XL.

XL pag 61. Sequitur Passionale Sanctorum, praemisso indice ab alia manu recentiore exarato, in cujus calce legitur *Quicumque legeris in hac tabula, roges Deum pro scriptore.* Prima est Passio sancti Andreae Apostoli, cum Prologo, ut in Codice CXXXIII supra pag 267 § I

XLI pag 63 ii. Non Decembr Passio sanctae Barbarae Martyris, ut ibid. § II

XLII pag 65 viii Id Decembr Acta sancti Nicolai Archiepiscopi. Inc. *Temporibus Constantini Magni Imperatoris in Constantinopoli* ... *Phrygia adelfolorum. Et suggestum est benignissimo Imperatori Constantino, quia rebellantes ab eo.* *Mox autem misit exercitum duxitque milites qui sub eo erant, Nepotianum, Ursum, & Eupolemium, qui ita vocabantur.* Des. *& multum quidem cum lacrymis distribuebant pauperibus de quo habebant rebus quaeque auri & argenti & vestimentorum. Per omnem autem annos faciebant haec glorificantes & conlaudantes Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, nunc & semper & in saecula &c.* Diversa sunt omnino ab iis, quae adfert Surius sub die vi Decembris.

XLIII pag 67 De obitu sancti Nicolai Episcopi & Confessoris. Inc. *Post haec & alia multa quae (?) ... egregia, quae gessit ... Nicolaus in hoc ... lacrymarum ... praeparatus ...* &c. Des. *Obiit autem beatissimus Nicolaus octavo Idus Decembris temporibus Justiniani christianissimi & orthodoxi Imperatoris, & beatissimi Patriarchae Menna regnante D N I C* &c.

XLIV pag. 68 Tertio de sancto Nicolao narratio hunc praefert titulum *Lectio non tacens Nicolai.* Inc. *Nicolaus itaque ex infantiae primordia ...* &c. Des. *Iamentatio illis ... Jesu Christi Domini famulus ... ad propria, magnificantes Dominum nostrum Jesum Christum, qui regnat &c.* ... in Cod CXXXIII pag 267 § III alio tamen fine est diversa.

XLV pag 72 iii Id Decembr Passio sancti Sevini Episcopi & Martyris, ut in dicto Cod CXXXIII pag 267 § IV

XLVI pag 74 Passio sanctae Luciae Virginis, ut ibid pag 268 § V Hic tamen finis aliquantulum diversus ita habet *In qua usque in hodiernum diem floreat, & beneficia largiuntur omnibus contingentibus sepulchrum. Passa est autem sancta Lucia in civitate Syracusana, sub die Id Decembr regnante D N I C*

XLVII pag 75 b Passio sancti Thomae Apostoli, cum brevi Prologo, ut ibid. § VI

XLVIII pag 80 b In duobus foliis, quae vacua supererant ab alia manu item antiqua, scripta fuit quaedam Catholicae Fidei confessio, quae inc. *Credimus sanctam Trinitatem, idest Patrem & Filium & Spiritum Sanctum unum Deum omnipotentem, unius substantiae, unius essentiae, unius potestatis, Creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia &c.* Des. *hanc quoque Trinitatem personarum, atque Unitatem naturae propheta Esaias revelatam sibi non tacuit, quum se dicit Seraphim vidisse clamantes sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, ubi prorsus in eo, quod dicitur tertio sanctus, personarum Trinitatem, in eo vero, quod semel dicitur Dominus Deus Sabaoth, divinae naturae cognoscimus Unitatem.* Occurrit sub titulo Sermonis etiam in Cod XXIII Plut XVIII Biblioth Laurent Catalogi Tom. I. p. 484 § LVII sed ibi multo est brevior, ac propterea in fine diversa.

IL. pag. 84 Passio sancti Gregorii Martyris (Spoletini), ut in dicto Cod CXXXIII pag 268. § VII

L. pag 85 b. Passio sanctae Victoriae, uti etiam indicatur in indice praemisso, quum in textu in epigraphe hos Passum ... ac adjunctum est Anatoliae ad petitionem sanctae virginis Anatoliae, sub Caelestino ... at ... Des. *... Passa est autem sancta Victoria, Ataliorum ... sub die x Kalendarum Ianuariarum, & sepulta in civitate Tribulum, conlaudis Christi Domini nostri I, qui vivit &c.* Eadem Vitae in compendium redacta occurrit etiam in Cod IX. Plut XXXV Patris Florentiae Bibliothecae S Crucis in Laurentianam translatae. Catalogi Latin Codd. Tom IV pag 325 § LXXX.

LI pag. 87 b. Passio sanctae Anatoliae Martyris, ut Codice tantum anepigrapha. Inc *Sancta autem Anatolia, quum esset in ... & ... omnia ... & ... repleta &c.* Des. *... Tiranus ... conjuratione ... & ubi ... benedicentes Dominum ... & regnat in saecula saeculorum. Amen.* Tum sub ... *Explicit Passio sanctarum virginum Victoriae, & Anatoliae.* Exstat in dicto Cod Biblioth S Crucis loc cit. cum Vita S. Victoriae commixta.

LII pag 88 Vita sancti Ioannis Apostoli & Evangelistae cum Prologo, ut in Codice CXXXIII pag 269. § XVII, ubi Prologus cum Vita commiscetur.

LIII pag 90. b. Actus vel Vita sancti Silvestri Episcopi Natale eius ii Kal Ianuarii. Praecedit autem Prologus, ut in Codice CXXXIV pag 288 § VI, cum quo concordat, excepto ipsius Vitae fine, qui in hoc ita habet: ... *per tandem ecclesias fundamenta ... & appellata est Constantinopolis idem Constantini civitas, usque in hodiernum diem*

LIV pag 107 xviii Kal. Febr Passio sancti Felicis in Pincis, ut in Cod. CXXXIII pag 270 § XXIV

LV pag. 107 b Eodem die Sancti Pon-

ttani

tiam Martyrum. Ita *Temporibus Antonini Imperatoris fuit in principatu Christianorum, ut idol simulacrum. Tradebantur infidelem fidelibus, & Christianorum nomen, quam ingressos in ire aliquid perhorrebant Dei & ita persecutionis ... pace non longe a mure ... Spoletum in fundo quod appellatur Lucanum xv Kal Februarias & dedicaverunt omnia gloriam Dei, qui vincit luctas, & coronat sanctos suos. Ipsi honor & gloria &c.* Extat in Cod III Plut. XX Catal Tom I p. 611 § LXXVI Vita sub titulo *SS Martyrum Pontiani, Eusebii, Peregrini, atque Vincentii*, sed tum in principio, quam in fine penitus differt a nostra.

LVI pag. 108 b xvii Kal Febr Passio sancti Marcelli Papae, ut in Codice CXXXIII pag 271 § XXVI absque divisione; hic enim desinit *cuius corpus rapuit Joannes Presbyter noctu cum beata Lucina, & condivit cum aromatibus, & sepelivit in coemeterio Priscillae via Salaria, non longe ab urbe Roma in hortis suis, & requievit in pace, regnante D. N. J C &c.*

LVII pag 110 xvi Kal Febr Passio sanctorum Diodori, & Marciani Inc. *Gloriosissimorum martyrum triumphos venerari piae devotionis est, quatenus & eorum suffragiis muniri, & exemplis accendi unusquisque fidelium audeat. Dei alios etiam circumquaque per diversa longinqua et nonnulla, ubi plurima hodie curantur miracula, ad laudem & gloriam Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, cui est honor &c.* In Cod. II Plut XX Biblioth. Laurent. Catal Tom. I. pag 695 § IV habetur narratio de miraculis SS. Diodori, & Mariani, sed differt prorsus ab hac Passione.

LVIII pag 111 b. Passio sanctorum Marium, (a) Marthae, Audifax & Abbacum, ut in Cod. CXXXIII pag. 271 § XXVII

LIX pag 113. b Passio sancti Sebastiani, ut ibid § XXVIII sub titulo *Passio sancti Sebastiani, & Fabiani*

LX. pag 124. b xii Kal Febr. Passio sanctae Agnetis, ut ibid. § XXIX

LXI pag 127. b. xi Kal. Febr Passio sancti Vincentii Inc. *Quum apud Caesaraugustanam civitatem, ut maiorum tenentiae & dignitas venuitas verbo tenentur, Datianum quidam Praesidis gravis & sacrilegus, ex doctrina, & principibus sanctae evitandis Christianae exequiis officiis accedentis Dei. qui dum plurima nocere multitudine conatur, cumulatius consecravit ut regnante D N I C &c.* Differt tam in principio quam in fine ab aliis Passionibus, quae in superioribus Codicibus occurrerunt. Haec autem est relata a Surio sub die xxii Ianuarii.

LXII pag 130. b. Passio sancti Anastasii ... *Bibl Casinensi Amiat* ... cum Prologo, cuius initium *Unigenitus Filius & Verbum Dei, per quem omnia facta sunt, coaequalis, atque consubstantialis Patri, & unum cum vivificatore Spiritu, misertus est generi humano pereunte. Praeter & in tempore incarnationis eius, Domino pro gente Passio sua. Hic quidem erat de Persidae regione Razech, vocabulo de fundo Razanni; nomen autem ei Magundat, filius vero erat magi cuiusdam Bau nomine, qui etiam doctor exstiterat magicae artis, ... pater suus a parvulo magicas arte. Dei. qui ... salvatus est per Domini gratiam, & inventa sicut Anastasius martyr, ad gloriam, & laudem omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, qui glorificatur in ... cui est honor &c.* Differt omnino ab ea, quae habetur in Cod CXXXV supra pag 302. § XVI quae est multo brevior, & sine Prologo; sed prorsus extat in hoc Codice a Surio sub die xxii Ianuarii.

LXIII pag 136. b. iii Non Febr Passio sancti Blasii, ut in Cod CXXXIII. pagina 273. § XXXIX

LXIV pag. 138 b. Non. Febr. Passio sanctae Agathae, ut ibid § XL.

LXV. pag 141 xiii Kal Mart Passio sancti Valentini, ut ibid § XLII

LXVI. pag 142. b. xv Kal Mart. Passio sanctorum Faustini & Iovitae Inc *Faustinus, & Iovita nobilissimi civitatis Brixianae orti parentibus, fidem christi, quam religiosa mente didicerant, omnem sollicitudine praedicabant. Dei facta sunt ... in Brixiam, quam in ceteris urbibus, vel regionibus sub Aureliano Imperatore, & consummati sunt gloriosi martyrium passi sub die xv Kalendarum Martiarum, regnante D. N. J. C &c.* Alia est atque illa Codicis CXXXV supra pag 302. § XXV Congruit tamen in omnibus cum relata a Surio sub die xv Martii.

LXVII pag 146 Passio sancti Matthiae Apostoli Inc. *In illo tempore erant omnes Apostoli collecti in unum, & dividebant sibi regiones omnes, mittentes sortes, ut scirent unusquisque quae pars ad eum veniret. Tunc Matthiam Apostolum contigit ire in regionem Myrmidoniam. Desinit imperfecte in verbis: nonne hic est filius Ioseph fabri? & mater eius Maria? & fratres eius Iacobus, & Simon? Et quomodo* (1) ... propter integrum unum quaternionem, qui pag 147 & 148 adparet: reliquam Passionis S. Matthiae Apostoli, Vita S. Gregorii Papae & maxima pars Passionis SS. Tiburtii, & Valeriani, cuius superest tantum fragmentum incipiens a verbis ... *filium aeternam*

(1) Nihil de his Actis habet apud Bollandum, & Surium sub die xxiv Februarii.

natis. In ad aeternam vitam, quam dubitanter Deus noster iudex &c. & detentus ad ardentem fidei, qui resurrectionem se in centurum, phoenicis exemplo, suscepit.

LXVIII. pag. 148. Vita sancti Alexii, hominis Dei. Inc. Fuit Romae vir magnus & nobilis Euphemianus nomine &c. Deus dedit nobis filium hunc implorando, qui cum pro Roma orare se erudire promisit, qui trinus in personis, & unus in substantia, vivit & regnat &c. In principio concordat cum illo Cod. CXXXVI p. 334. §. CXCVI. sed in fine prorsus diversa.

LXIX. pag. 150. b. VII Kal. Maii Passio sancti Marci Evangelistae, ut in Codice CXXXV. pag. 3[illegible] §. XXVIII. Hic tamen subsequitur alia de eodem brevis narratio, quae inc. Marcus itaque Evangelista Dei, & Petri in baptismate filius, atque in divino sermone discipulus. Des. quoniam qui plantat, & qui rigat, unum sunt, qui autem incrementum praestat, Deus est. Haec autem dimidium fere unius paginae complectuntur.

LXX. pag. 152. Passio SS. Procesii & Gervasii, quod est XIII. Kal. Iul. ut in Codice CXXXVI. pag. 333. §. CLXXXVII.

LXXI. pag. 154. Kal. Maii. Passio sancti Philippi Apostoli, cum brevi Prologo, ut in dicto Cod. at pag. 331. §. CLXXIII. ubi autem deerat Prologus.

LXXII. pag. eadem b. Eodem die Passio sancti Iacobi, cum brevi Prologo, qui incipit: Iacobus frater Domini, Hierosolymorum primus Episcopus. Des. sub natalitia celebratur Kal. Maii. Passio concordat cum illa eiusd. Cod. pag. 331. §. CLXXIV.

LXXIII. pag. 156. v. Non. Maii Inventio sanctae Crucis. Inc. Anno ducentesimo tertio, regnante venerabili Deo ... magno viro Constantino &c. Desinit ... facit in verba: non enim est licentia ... omnibus (sic) prophetarum, quo ... de ... ob dulcedinem duorum quaternionum inter pag. 155. & 157. cum quibus, ut ex indice praemisso constat, diversorum aliqua narrationes de Inventione sanctae Crucis, de S. Alexandro, & sociis, de S. Iuvenali, de S. Gordiano, de S. Chrysanto, & de S. Antimo, quae superest fragmentum, incipiens a verbis ... inter se carperunt. Nos vero ad pedes ... aliquae membra eius sanctum habere ... Des. in quo loco exhibeant orationem eius ad salutem omnium in Christo credentium, qui est Amen &c. In hoc autem loco insertum est folium unum ad aliud volumen pertinens, & ab alia manu item antiqua exaratum, in quo continetur fragmentum Expositionis in Psalmum: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius &c.

(p) In Codice tamen est ... quae ... ut ... inscribendum relictum.

(q) Hic quoque spatium vacuum relictum est ad ... unum ascribendum.

LXXIV. pag. 157. IV Idus Maii. Passio sancti Pancratii, ut in Cod. CXXXIII. supra pag. 276. §. LXI.

LXXV. pag. 158. Eodem die Passio sanctorum Martyrum Nerei, & Achillei, ut in dicto Codice §. LXII. Sequitur deinde Epistola Marcelli ad Neream, & Achilleum, ut in Cod. CXXXVI. p. 332. §. CLXXIX.

LXXVI. pag. 161. b. Vita sanctae Petronillae (r), ut in dicto Codice CXXXIII. pag. 277. §. LXIII.

LXXVII. pag. 162. Epistola Eutychetis, Victorini & Maronis ad Marcellum, referens acta Passionis SS. Nerei & Achillei, ut in dicto Codice CXXXVI. pag. 332. §. CLXXIX.

LXXVIII. pag. 163. Passio sanctarum Virginum Domnillae, Euphrosynae, Theodorae &c. (s) ut in dicto Cod. CXXXIII. pag. 262. §. LIX.

LXXIX. pag. 163. b. XIII. Kal. Iun. Acta sanctae Potentianae, ut in Codice CXXXIX. supra pag. 368. §. XXXV.

LXXX. pag. 164. b. Vita sanctorum Iusti, & Clementis Confessorum Christi, Auctore eius ... , quam Volaterrae ... Fer. II post Pentecosten (3). Inc. O quam perfectum & mirabile tamquam ... laudem (sic) ... sacerdotes, qui non desiderat aliud videre, nisi Clementem cum dilectione & timore diligere &c. Des. dic mihi pro Deo rogans, quia multa praeterivi, quae vere pauca conscripsi, ut beatissimi Iustus & Clemens de praesenti saeculo cum gloria migraverunt, regnante D. N. I. C. &c. Iidem ... haec Acta a Bollando Tom. I. Iunii pag. 437. ... ex ... asserunt.

LXXXI. pag. 165. b. Item alius Sermo, seu potius alia Acta praedictorum SS. Iusti, & Clementis. Inc. Sed & orationem & vestigia coram apparuit super lapidem, & congregaverunt ... , quia Dominus Deus erat cum illis. Des. Iudex quidam Antonius nomine Alchis, aedificavit duas Ecclesias in honore sanctorum Confessorum Iusti, & Clementis. Mauritius quoque Episcopus Semitam benedixit ... Post illas vero dies, plurima virtute & miracula ostendit Dominus per sanctos suos ad laudem & gloriam nominis sui, qui cum Patre &c. Tum subiungitur Oratio, quae inc. Da Ecclesiae tuae quaesumus omnipotens Deus, ut sanctorum nostrorum ... carmine ... valeat ... &c.

LXXXII. pag. 166. b. Id. Iun. Passio sancti Fortunati, atque Felicis Martyrum Inc. Sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus anno duodecimo exiens Edictum eorum, & pro-

(r) In ... margine paginae 165. scriptum est ... Auctor mei ... quae nunc ... Volterrae.

& proposita a per universas civitates a Principibus & Magistratibus, ut ubi Christiani inventi fuissent, deberent poenis interfici necnon Dei. ex Dei autem hoc iussu ut ordinaverunt, ut unum itaque apud sententiam, alium vero Filium interemerunt eorum Vincentiae relaxarent. Martyrium enim autem sancti Dei Fortunatus, & Felix martyres Christi, sub die Kal Iun, regnante D N I C &c. Apud Mombritium Tom. I fol 303.

LXXXIII pag 167 b iv Non Iun Passio sanctorum Marcellini, & Petri, ut in Codice CXXXIII pag 273 §. LXV

LXXXIV pag 169. b. Eodem die Passio beati Eraimi Antiochenis Civitatis Episcopi, ut in Cod CXXXVI pag 333. § CLXXXIII

LXXXV pag 170 b iii Non Iun Passio sanctorum Martyrum Lautianioi, & Pergentini, ut ibid §. CLXXXIV

LXXXVI pag. 174. v Id Iun. Passio sanctorum Martyrum Primi, & Feliciani, ut in Cod. CXXXIII. pag 273. §. LXVIII

LXXXVII pag 176. b. Prid Id Iun. Passio sanctorum Martyrum Basilidis, & Mandalis &c. *In civitatem orientalis quando erat beatus Basilides in officio Platonis Praefecto, dixit ei Dominus Iesus Christus: Ego te volo tollere de officio Platonis Praefecti, & in meum officium ire. Respondit beatus Basilides Domine meus Iesu Christe, ubi me lapidabis meo? Dei & fabri ita est sanctitatis eorum Basilides, ubi fiunt beneficia eorum usque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam* D N I C Apud Mombritium, loc. cit.

LXXXVIII. pag 177 b. xviii Kal. Iun Passio sancti Bonifacii Martyris *sub Temporibus Diocletiani quartum, & Maximiani tertium, impiissimorum Imperatorum, cum tota sedicio maxima atque persequutionis accumulaverint Christianos, ita ut omnes Dei cultores ad inclinandas cervices eorum nefandissimorum idolorum compellerentur. Dei ita quoque decimo (sic) in gloriosus martyr Bonifacius, accersitur coronam adsumens, in gloriam & laudem Dei Patris, & magnum Filii eius, & Spiritus Sancti nunc, & semper, & in saecula saeculorum &c* Extat & in Cod. CXXXIV. supra pag. 491 § XIX sed cum in principio, quam in fine diversa.

LXXXIX pag 180. xvii. Kal Iulii Passio sancti Viti, Modesti & Crescentiae, ut in Cod CXXXIII pag 278. § LXX. ubi tamen nomen *Crescentiae*

XC. pag 183 xiv Kal Iul Passio sanctorum Marci, & Marcelli (sive Marcelliani) *Iam Diebus itaque acceptae dilationis expleti, Christianus miles Praefectus ad se Tranquillinum patrem Marcelliani & Marci venire iubet. Dei qui ipsam iam in via Appia, miliario secundo ab urbe, in loco, qui vocatur Arenas, quia Cryptae arenarum illic erant, ex quibus fovit moenia aedificabantur, ibi quo loco exuberant beneficia eorum usque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam* D. N I C &c Habetur in dicto Codice §. LXXI sed in principio valde diversa.

XCI. pag eod. b vi. Kal Iul Passio sanctorum Ioannis, & Pauli, ut in Codice CXXXII. supra pag. 253. §. III.

XCII. pag. 185 v. Kal. Iul. Passio sanctorum VII Dormientium, ut in Codice CXXXIII pag 277 §. LXVII. ubi inscribitur *In Natale VII Dormientium* In fine reperitur titulus hoc pacto: *Explicit Passio sanctorum septem Dormientium, qui in Epheso dormiunt.*

XCIII. pag 191 iii Kal. Iul. Martyrium sancti Pauli Apostoli a Lino Episcopo Romano graeca lingua conscriptum, Ecclesiis orientalibus destinatum, ut in dicto Cod. CXXXIII. pag. 279 §. LXXVI sub titulo *Passio sancti Pauli Apostoli* Hunc quoque, sicut in illo praecedit Prologus, sed ab illo diversus, ita enim inc. *Paullus qui interpretatur pius, vetus ex tribu Beniamin.* Des. *capite truncatus est, ibique sepultus est.*

XCIV pag. 195 b. Passio beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli ex historia Iosephi Iudaicae captivitatis, quam beatus Ambrosius de graeco transtulit in latinum inter cetera. Inc. *Erant tunc temporis Romae Petrus, & Paullus doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio, qui etiam in iratum operum Neronis addiderant factorum, captura Magi Simonis delinimenta* Des. *ita acerbissimus passi sua dignum meruit mala quod tantum caelo. Petrus itaque, & Paullus Apostoli Dei passi sunt sub die tertio Kalendarum Iuliarum, regnante* D N I C

XCV pag 197 iii Kal Iul Passio sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli cum brevi Prologo, cuius initium *Simon qui interpretatur obediens.* Passio autem sanctorum Kal. Iul. celebratur. Passio inc. *Quum venisset Paullus Romam, convenerunt ad eum omnes Iudaei dicentes, nostram fidem, in qua natus es, ipsam defende.* Des. *& posita (sic corpora) sancti Petri in Vaticano Naumachiae, & sancti Pauli in via Ostiense (sic) miliario secundo, ubi praestantur beneficia orationum eorum usque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam* D N I C &c Tum subicitur: *Ego Marcellus discipulus Domini mei Petri Apostoli, quod vidi, scripsi* Hoc quoque discrepat ab ea, quae habetur supra in Codice CXXXII pag 254. §. IV

XCVI pag 200 b. vi Non Iul Passio sanctorum Martyrum Processi, & Martiniani, ut in dicto Codice CXXXII. pag. 254. §. VI.

XCVII pag 204. v Non. Iul Passio sanctae Mustiolae, ut in Codice CXXXIV pag 491 § XXII

XCVIII pag 205 b iii Non Iul Sermo de translatione sancti Martini Inc *Oportunum est enim illud inserere lectionem, qualiter*

 san-

sanctum corpusculum beati Mauri in loco, ubi nunc veneratur, Angelo annuente, translatum Anno LXXXIII post transitum gloriosi Domini Martini, beatus Perpetuus, Turonicae sedis cathedram tenuit in [illegible]. Des. *Quae vero de eorum nostro tempore aut fieri vidimus, aut factum esse cognovimus, silere nequivimus.*

IC. pag. 206 III Non. Iul. Passio sanctae Margaritae Virginis. Inc. *Post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, & gloriosam ac venerabilem adscensionem in caelis ad Patrem omnipotentem, in illius nomine multi martyres fuerunt, et innumerabiles consummati sunt.* Des. *& beatissimae Margaritae memoriam facit, ut in aula* [illegible] *commemoret ante Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre &c.* Licet quoad verba aliquatenus discrepet, quoad sensum tamen congruere videtur cum illo Cod. CXXXII supra pag. 255 § XI.

C. pag. 211 VI Id. Iul. Passio sanctae Felicitatis cum VII filiis suis, ut in Codice CXXXV pag. 303 § XLIV.

CI pag. 212 b Eodem die Passio sanctarum Virginum Rufinae, & Secundae, ut in Cod. CXXXIV pag. 291 § XXIV.

CII pag. 214 v Id. Iul. Translatio sancti Benedicti Abbatis. Inc. *Dum diu gens Langobardorum* [illegible] *carne volaretur, & nutu Domini sibi derelictam,* [illegible] *Italiam vero nomine Christi impugnando grassaretur.* Des. *in quo hactenus tanta constant monstrari miracula, ut et* [illegible] *propriis indigeant libro, praestante omnipotentia divinitatis Domini nostri Iesu Christi Salvatoris, cui est regnum & imperium cum Patre &c.* Extat in Actis Sanctorum sub die XXI Martii pag. 300 sub titulo *Historia translationis S. Benedicti, & Scholasticae in Galliam auctore Adalberto Monacho Floriacensi*, ubi tamen finis diversus.

CIII pag. 217 b IV Id. Iul. Passio sanctorum Naboris, & Felicis, ut in Codice CXXXII pag. 254 § IX.

CIV pag. 219 b Id. Iul. Passio sanctorum Martyrum Quirici, & Iulittae. Inc. *Imperante Praeside Alexandro in tantum* [illegible] *facta est grandis persequutio Christianorum. Iulitta autem timens Deum &c.* Des. *in corpore tyrannus iussit spargi membra tanti martyris; Angelus autem Domini conservabat membra eorum. Passi sunt autem sancti* [illegible] *Id. Iulii, & coronati sunt angelica corona, praestante D. N. I. C. &c.* Ex illis in aliquibus videtur congruere cum illo Cod. CXXXIV pag. 290 § XXV, sed discrepat in fine.

CV pag. 222 XI Kal. Aug. Passio sanctae Praxedis Virginis, ut in Cod. CXXXV pag. 306 § XLVII.

CVI pag. 223 X Kal. Aug. Passio sancti Apollinaris Archiepiscopi & Martyris, ut in Cod. CXXXII pag. 25? § XII.

CVII pag. 228 VIII Kal. Aug. Passio sancti Iacobi Apostoli, filii Zebedaei, ut ib. § XIII sed hic praecedit brevis Prologus, cuius initium: *Iacobus qui interpretatur supplantator Fratri*. *Sepultusque est in Achaia Marmarica VIII Kal. Augusti.*

CVIII pag. 231 Eodem die Passio sancti Christophori. Inc. *Tempore illo, quo Dagnus in civitate Samon regnum tenebat, venit quidam Christophorus de* [illegible], *genere Cananaeorum. Hic Deum non noverat,* [illegible] *a Domino per Angelum, ut baptizaretur.* Des. [illegible] *gloria &c.* Extat & in Cod. CXXXIII pag. 280 § LXXXIII sed in principio valde diversa.

CIX pag. 233 b V Kal. Aug. Passio sanctorum Nazarii, & Celsi. Inc. *Nazarius genitus a patre,* [illegible] Des. *magna mirabilia* [illegible] *& furentes, quos custos eorum Christus est, & locus eorum* [illegible] *Christus fuit, & erit in* [illegible] *Ipsi honor &c.* Licet non concordet cum Cod. CXXXII pag. 253 § XIV sed finis [illegible] diversa.

CX pag. 237 IIII Kal. Aug. Passio sancti Felicis Martyris [illegible] Post finem, ut ibid. pag. 256 § XVI.

CXI pag. ead. b Eodem die Passio sanctorum Martyrum Simplicii, Faustini, & Beatricis, ut ibidem pag. 257 § XV.

CXII pag. 238 Eodem die Passio sanctae Florae, & Lucillae, ut in Codice CXXXVII supra pag. 335 § CCI.

CXIII pag. 240 III Kal. Aug. Passio sanctorum Abdon, & Sennen. Inc. *Eodem tempore* [illegible] Des. [illegible] *Paradisum,* [illegible] *& martyres* [illegible] *temporibus Constantini* [illegible] Quod [illegible] differt ab eius omnibus, quas hactenus recensuimus, quoad finem vero videtur congruere cum illo Codicis CXXXIII pag. 280 § LXXXVII.

CXIV pag. 241 b IIII Non. Aug. Passio sancti Stephani Papae, ut in Codice CXXXII pag. 256 § XIX. Hoc tamen propter incuriam unius folii inter pag. 246 & 247 finis desideratur, desinit enim in verbis: *& vidisset ibi beatus Laurentius* [illegible] *ea, quae* [illegible]

CXV pag. 247 Passio sanctorum Donati & Hilarini [illegible] ob praedictum defectum. Incipit autem a verbis [illegible] *meum patrem & matrem* [illegible] *Christi facta baptismate &c.* Des. *& cum* [illegible] *veneratur ab omnibus fidelibus Domini nostri Iesu Christi, cui est honor &c.* Integram habes supra in Codice CXXXIII pag. 281 § XLIII.

CXVI.

CXVI. pag. 250. Passio anepigrapha, sed videtur esse sanctorum Secundiani, & sociorum Martyrum. Inc. *Sub die quinto Idus Augusti in Colonacium quae appellatur Colonna, temporibus Decii Caesaris sub Valeriano Praefecto summae persequutus esse est Christianos. Eodem tempore erat quidam vir togatus, qui praesidebat vice Valeriani Praefecti, nomine Secundianus &c.* Des. *quos sepelit christiana locum, ubi & villam sunt sub die v. Idus Augustas, quorum orationes florent, regnante D. N. J. C. &c.* Adservari a Mombritio Tom. II. fol. 263 aliquantulum discrepans, & Tom. II. die IX Aug. in Act. Sanctor. Bollandi. pag. 407.

CXVII. pag. 254. IV Idus Aug. Passio sancti Laurentii Martyris (1), ut in Codice CXXXVI. pag. 336. §. CCV.

CXVIII. pag. 256. b. Passio sancti Tiburtii Martyris. Inc. *Peregrat itaque qui voluit, qui cum plus nomine Chromatio & Tiburtio, & moratum in hac urbe, qui voluerint, ministri; non cum aut terrarum spatia dentdant, quos Christi charitas unit.* Des. *& effundens orationem ad Dominum, uno ictu gladii verberante abscissit. In eodem loco a parente quodam Christiano sepultus est, in quo loco multa beneficia semper praestitit Christus ad laudem nominis sui usque in praesentem diem.* Exstat & in Cod. III. Plut. XX. Bibliot. Laurent. Catal. Latin. Codd. Tom. I. pag. 610. §. LXVI. sed admodum diversa.

CXIX. pag. 259. Passio sancti Hippolyti, ut in Cod. CXXXIII. pag. 281. §. XCVI.

CXX. pag. 260. XIX Kal. Septembr. Passio sancti Eusebii, ut in Cod. CXXXII. pag. 257. §. XXVII.

CXXI. pag. eod. b. VIII. Kal. Septembr. Passio sancti Bartholomaei Apostoli, cum brevi Prologo ut ibid. §. XXIX. Hoc tamen Prologus cum Vita contingunt.

CXXII. pag. 264. Sermo sancti Joannis Baptistae, seu potius de ejus Decollatione narratio, ut in Codice CXXXVI. pag. 335. §. CCVIII. sed fine diversus, in hoc enim des. *quo audito discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus & posuerunt illud in monumento.*

CXXIII. pag. eod. b. Item alius Sermo, seu narratio de ejusdem sancti Joannis Baptistae Corporis translatione &c. Inc. *Narrat Josephus exactum fuisse Joannem Baptistam in Castella Machaurus, ubique caput ejus truncatum fuisse, ac deinde fuisse sepultum in Sebaste civitate regionis Palaestinae, quae quondam Samaria est appellata.* Des. *tumulique flagitantes si oculo nomini praesentem fortuna inhaerent, tum delectant causas, non hujus praesenti, sed aeternam, ipse sanctificante, cujus regnum sine fine permanet in saecula &c.* Vide supra Cod. VII. p. 21 §. X.

CXXIV. pag. 267. Eodem die Passio sanctae Savinae, ut in dicto Cod. CXXXVI. pag. 336. §. CCIX.

CXXV. pag. eod. b. Kal. Sept. Passio sancti Reguli Martyris, seu potius fragmentum ejus Vitae, cum Prologo, cujus initium *Compulit me beatorum martyrum corona dulcius, ut ex literarum apicibus Reguli martyris mundi hujus istorum gaudia commemorem, redditi meruerunt facta splendentia, meo stylo prosequerer &c.* Finis *qui non praesumptione, sed obedientiae hoc tali tempore (sic) conati sumus. Fragmentum Vitae inc. Beatissimus igitur Regulus &c.* Desinit in verbis *nosrum fuga furorem ut sanctus ostenderet, omnem et animus in navi tenuit.* Integram hanc Passionem, Prologo tamen destitutam, habes supra in Cod. CXXXIV. p. 294. §. XXXIX.

CXXVI. pag. 268. b. Passio sanctorum Proti, & Hyacinthi (adde etiam Eugeniae). Inc. *Imperante illustrem virum Philippum direxit ad Aegyptum, ut Praefecturam Alexandriam ageret.* Des. *cum bono nunc professi ad sidera signa migraverunt, regnante D. N. J. C. &c.* Occurrit etiam in Cod. II. Plut. XX. Bibliot. Laurent. Catalogi Latinorum Codd. Tom. I. pag. 600. §. LXXXII. in duas sectiones divisa, & cum aliquo discrimine in principio.

CXXVII. pag. 274. Passio sancti Cornelii Papae, ut in Codice CXXXII. pag. 258. §. XXXV.

CXXVIII. pag. eod. b. Eodem die Passio sancti Cypriani. Inc. *Tusco (2) & Basso A Consulibus Carthagine in secretario sub Valeriano & Galieno, adstante Cypriano Episcopo, Paternus Proconsul, Cyprianus Episcopus dixit: sacratissimi Imperatores Valerianus & Galienus literas ad me dare dignati sunt Deo & illic in mappula positus est in pa . . & non post multos hoc dies Galerius Maximus Proconsul remanet. Suscepit Dominum martyrem suum in pace, ubi est honor &c.* Aliquantum diversa est ab illa Codicis CXXXII. pag. 259. §. XXXVI.

CXXIX. pag. 275. b. Eodem die Passio sanctae Iustinae. Inc. *Inluminatio Domini nostri Jesu Christi Salvatoris de caelo facta est, & completum verbis Prophetarum, omne quod sub caelo voluminatum est verbo Dei, & credentes in Deo Patre, & Domino Jesu Christo, & Sancto Spiritu baptizabantur. Aldebatur autem & virgo Iustina &c.* Des. *susceptis autem haec eorum corpora Rufina religiosa (sic) artis matrona de genere clarissimo. In quo loco daemonia curantur, & variae infirmitates accipiunt sanitatem, eorum meritis, glorificantes Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum & nunc & semper & in saecula &c.* Agitur autem hinc etiam de sancto Cypriano martyre. Discrepat ab alia, quam habemus in Cod. CXXXIV. pag. 296. §. XLVII.

CXXX.

CXXX. pag. 279. xviii Kal. Octobr. Exaltatio sanctae Crucis, ut in Codice CXXXII pag. 259. §. XXXVII.

CXXXI. pag. 281. De sancto Mauritio (1). Inc. *Ab adventu Domini nostri Jesu Christi martyria vel decertationes sanctorum Confessorum, in quibus igitur, quibusque temporibus eorum mysteria Domini Jesu Christi palmam clarificant in omnibus acceptum honoratur ut, & cuncta etiam fides, & o quibus ... sanctorum martyrum gloriosus congruit fuisse ut &c.* Des. *deponi more in parte ad tumulum sancti Mauritii & omnes qui puro corde petierint, exaudiuntur Domino, satisfaciunt. Celebrantes autem natalem sanctorum Idus Septemb. auxiliante D. N. J. C. &c.* Non differunt haec Acta in Act. Sanctor. Tom. II Martii sub die xii pag. 104.

CXXXII. pag. 284. Passio sanctorum Lucae, & Geminiani (2), ut in Codice CXXXII pag. 259. §. XXXVIII.

CXXXIII. pag. 287. b. Passio sancti Matthaei Apostoli, & Evangelistae, ut ibid. §. XXXIX. subsistunt hic quoque eius ... verbis, quibus ad continendi in Passionem SS. Apostolorum Simonis, & Judae sit transitus.

CXXXIV. pag. 290. Passio sancti Mauritii cum sociis suis. Inc. *Passionem sanctorum martyrum qui hunc locum gloriose sanguine illustrant, pro honore gestorum stylo explicamus, ea tamen fide, qua ad nos martyrii ordo pervenit.* Des. *quod habeant sancti & praeclari Christi martyres sancti Sigismundo Rege instituerunt, hac usque hodie. Deo protegente, ut consecratum; propterea hic laudibus Dei servi concordabuntur persolvuntur, ad ut honor &c.* Dicta ab ea, quae recensetur supra pag. cit. §. XL.

CXXXV. pag. 294. Passio sanctorum Cosmae & Damiani, ut in Codice CXXXV. pag. 308. §. LXXVIII.

CXXXVI. pag. 296. b. De sancto Michaele Archangelo, ut in cit. Cod. CXXXII. pag. 259. §. XLII.

CXXXVII. pag. 298. ii Kal. Octobr. Vita sancti Hieronymi Presbyteri, ut ibid. pag. 260. §. XLIII.

CXXXVIII. pag. 303. vii Idus Octobris. Passio sanctorum Dionysii, Rustici, & Eleutherii. Inc. *Post Domini nostri Jesu Christi salutiferam passionem, post resurrectionem eius singulatimque mysterii, post adventum eius, quem manifestavit hominibus, corporum ac defunctae quod credidit Apostolorum praedicatio universi gentibus profusum successit.* Des. *de quorum passione septimo idus Octobris gaudens nos undique, qui contestantes sui fructum martyrium reportant per tuncta saecula &c.* Discrepat ab illa, quam exhibet cit. Codex CXXXII. p. 260. §. XLVII.

CXXXIX. pag. 304. b. Passio sancti Callisti Papae & Martyris, ut ibid. pag. 261. §. L.

CXL. pag. 306. b. Passio sanctorum Chrysanthi, & Dariae cum Prologo, ut ibid. §. LIII. Hic tamen Prologus cum Vita cohaeret.

CXLI. pag. 310. b. xv Kal. Novembris. Gesta sancti Lucae Evangelistae cum Prologo, ut ibid. §. LII. Hic tamen deest ferme dimidium heiusce narrationis propter lacunam unius folii inter pag. 310 & 313.

CXLII. pag. 314. v Kal. Novembris. Passio Apostolorum Simonis, & Judae, ut ibid. pag. 262. §. LV.

* CXLIII. pag. 319. Passio sancti Caesarii Martyris. Inc. *Tempore quo Claudius manum suam cetiam gladio.* Des. *respondit Leontius, & dixit: quare quia pro salute Reipublicae. Caesarius Diaconus dixit: & ipsa solus interfectus est.* Videtur mutila, nam in dicto Codice CXXXII. pag. 260. §. LVII. multo est longior.

CXLIV. pag. eod. b. Commemoratio Omnium Sanctorum, ut in Cod. CXXXIII. pag. 283. §. CXII. Pars quoque huius enarrationis deperdita est propter defectum eiusdem folii inter pag. 319. & 320.

CXLV. pag. 321. b. Vita sancti Leonardi. Inc. *Beatus igitur Leonardus temporibus Anastasii Imperatoris in Francia in Galliarum claris parentibus exstitit ortus.* Des. *nam caeci illuminantur, leprosi mundantur, paralytici sanantur, vallique omnium languores per intercessionem eius ibidem curantur, praestante D. N. J. C. &c.* Extat etiam supra in Cod. CXXXIV. pag. 299. §. LXIV. sed in fine mutila.

CXLVI. pag. 324. Vita sancti Martini Episcopi (auctore Sulpicio Severo) Inc. *Igitur Martinus Sabariae Pannoniarum oppido oriundus &c.* Des. *sed quicumque credideret*, ut in dicto Cod. CXXXII. pag. 263. §. LXIII. ubi sunt Prologus, qui in hoc desideratur. Hic quoque adnectuntur illa Excerpta ad eius vitam pertinentia, quae in illo signavimus exercicium; scil. est Excerptum primum, quod est fragmentum Epistolae eiusdem Severi ad Bassulam, quod inc. *Martinus igitur &c.* Excerptum secundum, continens Epistolam eiusdem Severi de transitu beati Martini, quae inc. *Aurelio vero &c.* coniectetur cum Excerpto tertio, quod in dicto Codice signatur; & Excerptum quartum de hora obitus B. Martini, quod inc. *Beatus autem Severinus &c.* Des. *lucernam capiebant.*

CXLVII. pag. 333. b. Vita sancti Britii, ut ibid. pag. 264. §. LXIV.

CXLVIII. pag. 334. Vita sancti Fridiani, ut ibid. pag. 265. §. LXV.

CXLIX.

(1) Hic titulus adjectus est a manu recentiore.
(2) Horum nomina ex ... praecedente desumpta ... quam hic in autographo.

CXI IN pag 335 Passio sanctae Caeciliae Virginis cum Prologo, qui in hoc Codice coniungitur cum Vita. Ibid. §. LXVI. Haec autem est imperfecta propter defectum Codicis. Ita sunt, & desinit in verbis *hic celebrationem ut more cui domum conciat Caeciliae suo oravere studuit*

in quibus absolvitur volumen. Apparet autem ex indice praemisso reque debuisse Vitam tenere Benedicti Abbatis.

sacros Libros amplexatur, ob erroribus repurgatos, juxta numerum XXII Libros denuo, & juxta hebraici alphabeti litteras distinxit. Sedet ille supra quadratum scamnum, viridi pallio coopertum, ad tantum opus conficiendum intentus. Sinistra manu reclusum tenet librum ac dextra calamum quemdam ad scribendum tenebat; librum vero in ipso libro exaratum, videtur pictoris arbitrio confictum, quum nec hebraicis, nec latinis characteribus scriptum ullam praeseferunt.

Caput *Esdrae* aurato nimbo circumdatur, & lamella quaedam aurea, cylindri ad instar efformata, supra ejus frontem excellitur, & ad verticem usque aliquantulum dilatatur. Induitur viridi tunica, [illegible] circa corpus religata, supra quam aliam habet vestem coloris [illegible] formatae, quae apud Hebraeos nomine *Ephod* distinguebatur, quamque dalmaticam ad manus protendi usque cum pectorale docdecim pretiosis lapillis distincto, quorum nonnulli adhuc dignoscuntur. De hujusmodi sacerdotalibus vestibus consulendus *Joannes Braunius* in Opere suo *de Vestibus Sacerdotum Hebraeorum* Cap. VI. & VII. Orbiculo, sive nimbo (1) ornandi Deorum capita consuetudinem, jam ab Aegyptiorum temporibus invaluisse comperimus, a quibus exinde ad Romanos transiit, qui Deorum, & Principum capita tali modo decorare consueverunt. Hinc factum est, ut Christiani pictores, hujusmodi nimbos viris ornatus gratia fuisse inventos existimantes, eos ad Salvatoris & Sanctorum capita ad honorem exornanda transtulerint: hoc tamen discrimine, quod Caelicolis, & Principibus viris aureos, et *Esdrae*, tribuum fuisse observatum, coloratos autem plerumque malis Regibus dabant, ut cum maximo eruditionis apparatu probat Cl. *Philippus* Senator *Bonarroti* Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figure, trovati ne Cimiteri di Roma pag. 61. seqq. & celeberrimus Card. *Borgia* in eru. Commentario de Cruce Veliterna pag. 52 seqq. Pedes habet caligis tectos in suppedaneo protensos, quod est calceamenti genus, pedem ad modum usque eius protegentis. Habet ante se mensam, supra quam videre est orculum ovalem, & in eo vascula quaedam nigri rubrique liquoribus repleta, inferius vero humi jacentes liber apertus aliusque, duae vero phialae colore plenae, & duo diversi styli una cum lima. E conspectu procumbens armarium, reclusa ostiola, in quo per quinque pluteos disposita sunt Veteris & Novi Testamenti volumina, in quorum singulis adscripti erant Librorum tituli aureis characteribus expressi, qui nunc magna ex parte evanuerunt; ex nonnullis tamen literarum vestigiis haec explicari potuimus. OCT. LIB. . . REG. LIB. HIST. LIB. PSAL. LIB. PROV. L. . . EVANG. LIB. EPIST. AP. XXI. APOCAL. IOAN. reliqua in inferiori parte sub oculis latent, ideoque titulo carent. Supra armarium in fronte, quae tituli locum continet, varia exhibentur symbola, ad utramque fundem spectantia, vaccae videlicet, agni, turtures, ac columbae, una cum duobus vasculis ad sacra peragenda necessariis. In fronte vero repraesentatur Arca reclusa, supra quam elevatur Crux alba inter duas columbas, quae ipsam respiciunt. Nec absimilis in ipsius armarii basi ornatus cernitur, etenim parvis albis Cruribus constans, in quorum medio crux longior adsurgit, in quam volucres, forte Pellicanos oculos intendit. Et quoniam de armario, sive tabernaculo, in quo sacri libri recondebantur, sermo fit, obiter animadvertam, pictorem fortasse illic exhibere voluisse *Arcam*, vel *Arcam*, in qua Hebraei sacra volumina in synagogis servasse accepimus, aut quas veterem Arcam hujusmodi esse figuram existimarent, quemadmodum *Cosmas Indicopleustes*, qui medio circiter saeculo vixit sexto, in Christiana Topographia, ex antiquissimo *Mediceo* Codice a Cl. *Montfauconio* excripsit, atque edita in sua nova Patrum Collectione Tom. II. pag. 196. ad Arcae figuram exhibendam, similis prorsus affert armarium; vel potius, quod in ea tota Sacra Scriptura non modo ac duae *Moysis* Tabulae universae legis compendium continentes servabantur, unde Arca Foederis, & Testamenti dicebatur. Verisimile admodum mihi videtur, hoc tabernaculum magnam immediate ab eis mundi Templi duxisse, in quo, quum deperdita jam esset Arca, sacri loco in Sancta Sanctorum non absimile armarium cum sacris voluminibus forsitan retulerunt, quoniam, ut viri docti admonent, juxta Arcam *Moysis*, eadem antiquitus extollebantur, & hujusmodi, ut puto armarium, Arcam & Testamenti Arcam vocaverunt. Ad hanc consuetudinem respexisse videntur *S. Epiphanius de Ponderibus & Mensuris*, & *Damascenus Orthod. Fid.* Cap. XVIII. qui de libris, quibus fides minime danda est verba facientes, eos in Arca Testamenti minime servari perhibuerunt, ex quo postmodum eos intulerim, quod apud Hebraeos idem esset, in Testamento reperiri, quod apud eos in Canone Scripturarum. Hinc *Tertullianus de habitu Mulierum* Cap. III. Librum *Enoc* commemorans, subjungit: *nec in armarium Judaicum admittitur*. Christiani quoque Sacros Libros in armarium more simillimo plerumque in sacrario reponebant, ad usum Cleri & Ecclesiae servabant,

Z z 2

(1) De eo videndus Cerv. Stiglitzius de Zonatis veterum gentilium insignibus. Ejusdem [illegible] [illegible] Reichius de nimbo divino in eruditiss. [illegible] Dissertatione Lipsiensi [illegible] [illegible].

beat, ut videre est in musivo opere circa annum 1000 exarato apud SS. Nazarii & Celsi Ravennae. (Vid. Ciampinium editionis Romanae 1690 apud Jo. Komarek Ed. Tom. I pag. 226 Tab. LXVII) saepe etiam in separatis cubiculis, uti in Bibliotheca prope Ecclesiam aedificata, ut habetur ex Actis Proconsularibus sub Maximo Filio, Diocletiano imperante, apud Baronium in Annal. Eccles. Anno ccciii. Immo posterioribus temporibus in non ex Secretariis reponebantur, quae nihil aliud erant, quam cellulae duae ad utrumque altaris latus positae, ut ex Epistola S. Paulini ad Severum patet.

De prima sacrorum Bibliorum divisione iuxta S. Hieronymum, quae ab Agno, Christi symbolo, discendit

C A P. XII.

IN tribus sequentibus paginis, quinta, sexta & octava (quarum septima, ut supra monuimus, Templi Salomonis formam continet) variae depictae sunt tabulae, continentes exhibentes Librorum sacrae Scripturae, qui in tabellis quibusdam cum eorum argento inductis continentur, iuxta variam SS. Patrum divisionem. Prima, quae est S. Hieronymi ita exprimitur. In summo paginae margine sub Agno aureo (1) in discoloribus circulo Agnus Christus, sic a Prophetis, & S. Praecursore Ioanne, & in Apocalypsi designatur: a quo pendent septem tabellae, tres ad Vetus & quatuor ad Novum Testamentum pertinentes: praeterea epigraphe quam oblonga includit tabella, duabus triangularibus cruce superiori distincta: Auctoritas divina continetur in Testamentis duo, idest in Vetus, & in Novum. Prima tabella, cui titulus *In lege*, praemisso programmate

☧ quae cum primordiis litterarum dicitur Χριστός, comprehendit sequentes Libros, Genesis, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium. Secunda habet talem Prophetae habet Iesu Nave, Iudicum & Ruth, Samuhel, Malachiam, Esaiae, Hieremias, Hiezechiel, liber duodecim Prophetarum. Tertia continet in Agiographis continet Iob, David, Salomon Proverbia, Ecclesiasten, Canticum canticorum, Danihel, Verba dierum, Ezrae, Paralip., Ester. Hester. In quarta continentur in Evangeliis Matthaeus, Marcus, Lucas, Iohannes. In quinta Epist. Apost. Pauli Apostoli XIIII, Petri Apost. II, Iohannis Apost. III, Iacobi Ap. I, Iudae Ap. I. In sexta Act. Apost. Actus Apostolorum Liber unus. In septima Apocalypsis, Apocalypsis Liber unus. In calce paginae in alia tabella oblonga, superiori a more duabus item triangularibus crucis innixa, legitur haec epigraphe: Sic fiunt Veteris, Novique Testamenti, secundum Hieronymum, Libri quadraginta novem, quibus addis Dominum Christum, de quo & per quem ista conscripta sunt, sit quinquagenarius numerus, qui ad nostri Iubilei anni debita remittit, & paenitentiae peccata dissolvit.

De secunda Bibliorum divisione iuxta S. Hilarium Papam, & S. Epiphanium, quae ducitur ab imagine S. Gregorii PP.

C A P. XIII.

SEse offert in sexta pagina, altera sacrorum Bibliorum divisio iuxta S. Hilarium Pontificem, ac S. Epiphanium, cuius epigraphe, atque ac illa primae divisionis, in tabella oblonga in capite paginae exarata ita habet: Scriptura Divina dividitur in Testamenta duo, idest in Vetus, & in Novum. Haec autem divisio ducta est ab exili circulo, in quo, fundo rubro & aureo, nigraque lineis circumductus, repraesentatur effigies Monachi cuiusdam flavida aureata, cum panno cui cuculla, qui et frontem cingit, in more monastico nubeus galero protenditur. Hac fortasse effigie vel scriptorem exhibere voluit Servandus monachus. Codicis huiusce scriptor, vel potius S. Gregorium Magnum, adhuc monachum, quo dicendo ad summum Pontificatum erecto, potuit Servandus Venetae Templo hoc magnificentissimum Bibliorum Opus offerre. Neminem profecto latet S. Gregorium, postquam suis patris e vivis excessit, latos clivi Monasteria Romae in paternis aedibus aedificasse quo ipsemet circa annum MXXV se recepit. Quod vero eum ipsum, quam tot confratres Monachi S. Benedicti Regulam profiterentur, Cl. Mabillonius Tom. I Annal. Benedict. adeo incontestis argumentis demonstravit, ut nullus dubitandi locus nobis relinquatur. Fuit hinc Gregorius, quamvis diu

(1) Solemne ideo fuit cum est Agni symbolum apud Christianos, ... ad eam quo ipse Christus pastorum monumentis Agnum exprimerent: ... illam ille quae primaevo prodigia quae Christi sunt exhiberet ... post libertatem ... eorum Agni nomen Eucharistiae cibo tribuere non dubitarent.

vit diu ac firmiter retinuiset, ab excessu *Pelagii* Pontificis, qui anteà in annum Christi DXX ad sanctam Romanam Sedem elatus, *Ioannes* Diaconus, qui ejus vitam literis consignavit lib. IV. Cap. LXXXIV. ordine suo monastica cellula indutam graphice depingit imaginem, prout, dum inter Monachos versaretur, depicta fuerat in apside quadam, gypseo ornatu circumdata, quam exstabat in suo Monasterio sub titulo *S. Andreae Apostoli*, nunc *S. Gregorii* nuncupato; de quo meri adeundus doctus *Angeli Rocchae* Commentariolus in Tom. IV. Operum S. *Gregorii* editionis Parisiensis pag. 314. quae quidem descriptio mirifice congruit cum imagine *S. Gregorii*, licet temporis edacitate male habita, quae in nostro Codice reperitur. Sed ejusdem *Ioannis* Diaconi verba, quae ad rem nostram maxime faciunt, audiamus: *Sed & post Fratrum Cellarium Gregorius rotunditate [illegible] circulo gypseo [illegible] ostendit staturae justae, & bene formatae, facie de paternae faciei longitudine, & maternae rotunditate ita medie temperata, ut cum rotunditate quadam decentissime videatur esse deducta, barba paterno more subfulva, & modica: ita calvaster, ut in medio frontis gemellos cincinnos rarusculos habeat, & dextrorsum reflexos; corona rotunda & spatiosa, capillo subnigro, & decenter crispato, sub auriculae medium propendente; fronte speciosa, elatis, & longis, sed exilibus superciliis: oculis, pupilla fulvis, non quidem magnis, sed patulis; suboculariis plenis; naso a radice vergentium superciliorum subtiliter directo, circa medium latiore, deinde paullulum recurvo, & in extremo patulis naribus prominente, ore rubeo, crassis & subdividuis labiis, genis compositis, mento a confinio maxillarum decibiliter prominente &c.* Ex quo manifestissime declaratur quam Gregorius, dum adhuc [illegible] suam rotunditatem depinge [illegible] valuit, in quo poterat a suis Monachis non pro elationis gloria, sed pro cognitae districtionis cautela frequentius intueri. Ubi hujusmodi Distichon ipse dictavit:

Christe potens Domine, nostri largitor honoris,
Indultum officium solita pietate guberna.

Libri igitur, qui ab imagine S. *Gregorii* descendunt, in duobus graecis Crucibus continentur. Veteris Testamenti enunciantur ut *Genesis, Exodus, Leviticus, Numerorum, Deuteronomium, Iesu Nave, Iudicum, Ruth, Regum Libri IIII. Paralipomenon Libri II. Psalterium Lib. V. Salom. Lib. V. id est Proverbia, Sapientia, Ecclesiasticum, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Prophetae, idest Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Osee, Amos, Micheas, Iohel, Abdias, Ion, Naum, Ambacum, Sofonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, qui & Angelus, Iob, Tobi, Hester, Iudith, Esdrae Libri duo, Machabeorum Libri duo.* Libri vero Novi Testamenti declarantur in hunc modum: *Evangelia IIII. idest Matheus, Marcus, Lucas, Iohannes, Actus Apostolorum, Epist. Petri ad Gentes, Iacobi, Iohannis ad Parthos, Epist. Pauli Apost. idest ad Rom. I. ad Corint. II. ad Galatas I. ad Philipp. I. ad Colos. I. ad Ephesios I. ad Thessalonicenses II. ad Timotheum II. ad Titum I. ad Philemonem I. Apocalypsim Iohannis Evangelistae.* Denique in calce paginae monitum de more lego: his verbis: *Si sunt Veteris, Novique Testamenti, sicut divisit Sanctus Hilarius Romanae Urbis Antistes, & Epiphanius Cyprius, quem latino sermone [illegible], Libri LXX. in illo Palmarum numero fortasse praecogniti, quas in mansione Helim invenit Populus Hebraeorum.*

De Argumento Pentateuchi, & de alia Bibliorum divisione juxta S. Augustinum, quae a Columba descendit.

CAP. XIV.

IN aversa pagina 6 parte magnus quidam sese offert circulus, colore purpureo delineatus: & totam fermè paginam [illegible] occupans; quinquaginta minores circulos in Crucis formam dispositos & alios septem item minoribus circulis in fundo flavo, viridi colore ductis, [illegible] complectitur. Quinque illi minores circuli continent breve argumentum Pentateuchi. In primo legitur: *Manifestissime Genesis, in qua de creatione mundi, de exordio hominis generis, & gente usque ad Aegyptum scribitur Hebr.* In secundo *Patet Exodus cum decem plagis, decalogo, cum mysticis Scripturis, diversisque praeceptis.* In tertio *In promptu est Leviticus Lib. in quo singula sacrificia, & vestes Aaron, & totus Ordo Leviticus spirant caelestia Sacram.* In quarto *Numeri vero nomine totius arithmeticae & mensura terrae, & XL. duarum per desertum mansiones mystica [illegible].* In quinto *Deuteronomium quoque, secunda Lex, & Evangelicae Legis praefiguratio, nonne ita se habet quae propria sunt, ut tamen nova [illegible] de veteribus.*

Pagina octava ob oculos ponit tertiam sacrorum Bibliorum divisionem, secundum S. Augustinum, in cujus summo margine adscribitur sequens Distichon:

✠ ELOQVIVM DOMINI QVAECVNQVE VOLVMINE HABENT
SPIRITVS HOC SANCTO FVDIT AB ORE DEVS

Quoniam autem nigriore charactere hi duo versus, ob eruditam fortasse antiquam scripturam,

rum, exhibeantur, debent non est a recentiori manu fuisse suppletos. Subsequitur ut alibi, tabella e circulis intertexta, in quo nerea Columbis, alii explicatis infandocentibus picta est. Summale enumerata, e omni trientdata pendens vittae, quae rex sacrorum Librorum partitionem sustentant. ubi notandum, quod in principio & fine singulorum partitionum Crucis figura designetur. Verba quae in tabella continentur sunt ista. *Superiora sanctis divisiones infra e dextris subjiciuntur in Vetus* idest *Testamentum*, & e sin. stalis in *Novum* Testamenti Veteris Libri dividentur in duas classes, in Historicos & Propheticos. Inter primos enumerantur sequentes. *In Historia Libri N. XXII* idest *Mosi Lib. V. Jhesu Nave Lib. I Iudic. Lib. I Ruth Lib. I Reg. Lib. IIII Paral. Lib. II Iob Lib. I. Tobi Lib. I Hester Lib. I Judith Lib. I Esdras Lib. II Machabeor Lib. II* Inter secundos habes: *In Prophetiae Lib. N. XXII* idest *David Psalm. Lib. I Sal. Lib. III Iem filii Sirach Lib. II Prophetarum*, idest *Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Michea, Naum, Hebacuc, Sofon. Zach. Agg. Mal. Esaias, Hier. Dan. & Hez. Lib. N. XVI* Libri Novi Testamenti divisi in quatuor partes, recensentur ita. Pars prima continet *in Evangelia quatuor, secundum Matheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem.* Pars secunda. *In Epistolas Apostolorum XXI* idest *Pauli Apost. ad Rom. I ad Cor. II ad Gal. I ad Efes. I ad Phil. I ad Thessal. II ad Col. I ad Tim. II ad Tit. I ad Fil. I ad Heb. I Petri duae, Ioh. III Iudae I Iac. I.* Pars tertia. *In Actus Apostolorum Lib. I.* Pars quarta. *In Apocalypsin Iohan. Lib. I.* In calce paginae in tabula minori quadrilatera continentur haec verba. *Sic fiunt Veteris, Novique Testamenti, sicut Pater Augustinus in Libris de Doctrina Christiana complexus est, simul Libri N. LXXI quibus adde Veritatem Dominum, per quam ista complexa sunt, sic omnis Libros compones, & gloriosa perfectionis spe eis rerum verum conducito & intelle omnium plenitudo virtutum.* Et heic finem habent Prolegomena.

De Libris Sacrae Scripturae, qui in nostro Codice continentur.

CAP. XV.

I pag. 9 GEnesis cui absque ullo titulo praemittitur S. *Hieronymi* in Pentateuchum Praefatio ad *Desiderium*. Sequuntur Graecis Capita, quae sunt LXIII. omnino diversa ab iis, quae ab antiquissimis eruta Codicibus edfarentur inter Opera S. *Hieronymi*, curante *Hieronymo Vallarsio*, Veronae anno MDCCXXXVIII fol. Tom. IX & ab *Jos. Mar. Thomasio* in sua Collectione veterum Sectionum ac Titulorum Librorum Sacrae Scripturae Tom. I. His autem praemittitur rubeis que literis capitalibus cors istera. *Expl. Prolog. Inc. Capit. Lib. Genes.* Primum Caput ita se habet. I *Opus Dei, sex diebus & septimo requievit*, II *Adam posuit Deus in Paradiso ut operaretur*, III *Adam cunctis animantibus nomina imposuit, sed Eva de costis eius producta adducta ad Adam &c.* Ultimum. *Octavus Ioseph fratres suos de costi... Domino, & ascendere facit de Aegypto... ossa eius mea eduxerunt.* Liber Genesis inc. *In principio creavit Deus caelum & terram.* Desinit: *& conditus aromatibus repositus est in loculo in Aegypto. Expl. Lib. Ge.* Et haec tria ultima verba perscripta sunt literis rubeis, eademque initialis litera singulorum Capitum consert, eorum tamen, quae primitus alumho respondent; at quorum ratio occurrit ab alia manu adjunctae est in margine Codicis, tam huius, quam sequentium Librorum, diversa omnino Capitum connexio. Graeco Capita sunt L. & haec, ut plurimum, dividentur in versiculos multo breviores, quam sunt in editione.

II pag. 50. *Liber Exodi*. Incipiunt *Capit.* quae sunt XIIII. & haec, licet multa cum varietatibus, non cum sequentium Librorum Capitibus inveniuntur in memorata *Vallarsii* editione, quam ad recensendum hunc Codicem instrumentum esse oculis habemus. Primum ita se habet. *Numerus eorum qui ingressi sunt in Aegyptum. Crevit ea populi, a deprimendis e Rege Obstetrices convocat, & ut masculos necarent, imperat. De nativitate Mosi, & adoptione, apud flumen Pharaonis. Vos Aegyptum percussit. A conspectu Pharaonis fugit. Filias Sacerdotis Madian e pastoribus defendit, & Sephoram uxorem accepit.* Ultimum. *Vos praecipiens quod singuli pro animabus suis pretium offerrent Domino. & labrum aeneum Sanctuarium. Compositio Thymiamatis, Oleum Sanctificationis, & Ammonia... prod. unum omnium Patrem. Explic. Capit. Incipit ipse Liber feliciter.* In fine Libri reperitur rubeis hoc pacto. *Expl. Hellesmot*, idest *Exodus Feliciter.* Recensitur demum, ut Caput XL. Animadvertendum est, quod in Capite huius Libri XI. ubi afferuntur Decalogus, decem divinae Mandati numerus graecis sunt distincta.

III pag. 86 *Incip. Capit. Levitici*, quae sunt XVI. Primum. *Vos lex holocaustorum de immundis animalibus, vel quibus a Domino promulgatum.* Ultimum. *De blasphemo Legis lapidato, & regestis qualiter servorum promissionis obtinere. De servatione libertatis & de suis possessionibus. De ordinibus Levitarum. De venditione aggeratorum. De adventu. Benedictionis servantium Legem, & maledictionis in contemptoribus Legis Dei. De votis & Exaltissimo, & ... Sacerdotum.* Exinde characteribus vere quadratis legitur. *Expl. nunc Capitula. Incipit Liber Levitici, qui hebraice dicitur Vaicra. Lege feliciter.* 1) KYPIC CEPHAN-

Google

ΣΕΡΒΑΝΔΟΣ ΑΙΠΟΙΗΣΕΝ *idest* Dominus Servandus fecit. In fine Libri subiungitur: *Expl. Leviticus, qui hebraice dicitur Vaiecra. Lege felix.* Recensetur autem Capitulis omnino XXVII.

IV pag. 110. b *Incipiunt Capitula Libri Numerorum*, quae sunt XIX. Primum: *Ubi praecepit Dominus Mosi ut numerum totius populi a viginti annis & supra ... virorum ac per cognationes familiarum ... excepta Tribu Levi, & qualiter castra ... vel ponerent.* Ultimum: *Ubi iubentur Urbes et Fugitivorum praesidia separari & qui essent qui debeant praesidia componere. Filii filiorum Ioseph Mosen interpellant pro filiabus Salphaad. Ut hereditatis dominio ... tribu coniugia sortiantur, ne sortium confusio fiat, & alterum possessio ad alteram transeat: ut praeceptum ... tribu sua in qua ... coniugio sociata.* Tum sequuntur haec: *Expl. Capit. Incipit Liber Numerorum, qui appellatur hebraice Vaiedabber. Gloria individuae Trinitati. Amen. Dividitur autem in Cap. XXXVI.*

V pag. 144. *Deuteronomium*, praevia Capitum XX tabula, quorum primum est: *Trans Iordanem populo Legem explanat, & commemorat quemadmodum eis omnia fecerit et ... eligerent viros quos Iudices constitueret. Quomodo ad terram promissionis ... & quod rebellio ... populi ... & quod propter delictum eorum etiam ipsi Mosi terrae promissionis ... Domino praecipiente de possessione filiorum Esau & Loth ...* Ultimum est: *Ponguem Mosi omnia Canticum verba loqueretur. Dixit ei Dominus eadem die: Ascende montem Nebo & aspice & sepelire populo tuo: & ... Israel per singulas tribus propriis benedictionibus benedixit. Ascendique verticem montis universam terram promissionis aspexit ad quam pro ... contradictionis ... non potuit ... & ... sepulchrum ... Israel non ... Prophetam.* Inde maioribus literis scriptum est: *Explicit Capitula. Incipit Liber Deuteronomium, qui hebraice dicitur Hellehaddebarim. Deo laudes. Lege feliciter. Amen. Ora pro me*, quae quidem tria ultima verba ita sunt distributa:

P
O R A
O
M
E

Recens divisio est Capitum XXXIV.

VI pag. 174. Absoluto Pentateucho sequitur Liber *Iosue*, praevio S. Hieronymi Prologo, & ... Capitum X. quorum primum ita habet: *Post mortem Mosi Iosue Dominus adloquitur & hortatur, ut transgressus Iordanem intret ... ad terram, quam promisit ... patribus eorum ... ero tecum, confortare & esto robustus ... volumen legis de corde tuo non recedat & cetera.* Decimum sequitur: *Ubi Iosue vocavit omnem Israhelem & admonet, ut ... Dominum & ... acceperant, & quomodo de Aegypto eos liberavit. Quomodo Amorrhaei vel Chananaei & omnes sunt ... Domini ... Deo ... Populi ... Domino ... Iosue lapidem posuit in testimonium, post haec moritur & sepelitur in Thamnat Sare. Ossa Ioseph sepeliuntur in Sychem. Et Eleazar ... et Gabaa monte Ephraim.* Titulus Libri sic habet: *Incipit Lib. Iosue Nave.* Numeratio marginalis recentior est Capitum XXIV, alia notandum deesse illam, quae praecedenti elencho respondere debuerat.

VII pag. 194. Secundo Libro Iudicum, cui Indiculum Capitum IX praemittitur, adposito titulo *Capitula Iudicum.* Horum primum ita exprimitur: *Ubi post mortem Iosue consuluerunt filii Israhel Deum qui esset dux belli & Dominus ... Adonibezech ... comprehenditur, ... Deinde ... De Chaleb & Axa filia sua. De agro petitione. De Gaza ... De Bethel. De Luza, & homine producente eos, quorum cum habitatores non ... Israhelem, & ... Domini ... Nomen ita habet: De Levita accipiente uxorem de Bethleem Iuda, quae reversa est in domum patris sui, quam ... De ... De Gabaa Beniamin & hominibus ... De ... ac ... De cadavere eius ... in duodecim partes ... per omnes tribus. Omnis populus congregatus, ad Tribum Beniamin ... Dominum & ... bellum. Simul & ... superatur ... Parte ... fontis ... Et de Iabis Galaad quadringentas virgines ... Quos quadringentas ... singulas ... singulas rapuerunt.* Divisio huius Libri in Cap. XXI adposita est in margine a recentiori manu, deleta ac ... illa antiqua, quae Indici praecedenti respondebat: ubi ... prima verba huiusmodi sectionum, non esse maioris literis scripta, prout in praecedentibus Libris animadvertimus.

VIII. pag. 215. b. Libro Ruth nil aliud praecedit, quam solus titulus: *Incipit Liber Ruth*. Divisus in margine adposita est Capitum IV.

IX. pag. 218. Quatuor Regum Libris praemittitur S. *Hieronymi* Prologus, qui hunc eundem praefert: *Praefatio Regum*; inde sequitur: *Explicit Prologus. Incipit breves*, idest numeratio Capitum, quae cum XC. diversa omnino a reliquis apud *Vallarsium* inveniatur citato. Primum: *Duo Filii Ophni & Finees Sacerdotes*. Ultimum: *Indignatus Deus contra Israhel, jussit dinumerari & post dinumerationem* [illegible] *per dilationem* [illegible] *plagam* [illegible], *quibus* [illegible] *in populo* [illegible] *Angelo a Domino* [illegible] *holocausta* [illegible] *labore*. Extant ista, quamvis nonnihil cum varietatibus, in Opere cit. Ven. Card. *Thomasii* Tom. I. pag. 66. Quamvis autem sub una eademque praedicta Capitum numeratione comprehendantur priores duo Regum Libri, attamen Caput XLVII. quod incipit verbis: *Factum est autem, postquam mortuus est Saul &c.* a quibus ipsum etiam in editionibus Liber secundus, ab aliis distinguitur, eo quod prima dictio scripta sit litteris [illegible] capitali, quoque litterarum vacuo ante ipsam relicto, ut in principio Librorum fieri solet. Hinc est, quod [illegible] posterius ad[illegible] in margine, ad supra relata verba, *Factum est &c.* incipit [illegible] nova Capitum distinctione, Capiti XXX. tribuens partem antecedenti, & XXIV. subsequenti, de qua re consulenda est animadversio ad Librum II. *Samuelis* inter Opera S. *Hieronymi* ed. Vall. Tom. IX. p. 563. Sequuntur pag. 275 absque ullo titulo Capitula Libri III. & IV. Regum, quae sub eadem serie comprehenduntur, & sunt N.° LXXXIV. Primum: *Senectus David & Adonias filius eius ambiens Regnum, sed David hoc* [illegible] *Salomonem Regem*. Ultimum: *Mortuo Nabuchodonosor succedens* [illegible] *nomine Evilmerodach, qui* [illegible] *Joachim Rege* [illegible]. Haec apud laudatum *Thomasium* pag. 70. multis cum varietatibus habes Capitula. Post Libri III. verba: *&* [illegible] *Dominum Deum Israhel juxta omnia quae fecerant patres eius*. Finis, quae pertinent ad Caput LII. iuxta memoratam seriem, relicto [illegible] litterarum [illegible], absque ullo titulo, sed cum initiali littera maiore, & primis duobus verbis [illegible], initium sumit p. 304. Liber IV. ita: *Praevaricatus est autem Moab in Israhel*. Recentior divisio horum duorum Librorum exhibetur primo Capita XXII. & alteri XXV. Nec praetereundum est, priores duos Regum Libros indicari in superiori paginae margine sub titulo *Samuhel*, posteriores vero duos *Malachim*, absque ulla distinctione Librorum, neque primi neque secundi, & quod ita factum sit, consulatur Volumen nonum Operum S. *Hieronymi* pag. 633. Clauduntur Libri Regum etc: *Expl. Malachim idest Regum Lib. Tert. & Quart. Fi*[illegible].

X. pag. 309. b. Paralipomenon Libri duo cum titulo quadratis litteris efformato, qui sic se habet: *Incipit Paralipomenon qui hebraice dicitur Dabrejamin* [illegible] *verba dierum*, & Sancti *Hieronymi* Praefatione. Liber secundus p. 346 post vacuum novem linearum spatium relictum, nullo titulo insignitur, sed eorum tantum primae lineae litteris incipit: *Confortatus est ergo Salomon &c.* Sequitur deinde clausula: *Exp. Paralypomenon, qui hebraice dicitur Dabrejamin*. Non habent hi Libri in margine recentem Capitum numerationem, sed recentiorem, ideoque Liber primus constat Capitibus XXIX. secundus XXXVI. In capite autem paginarum margine nil aliud legitur, quam vox *Paralypomenon*, absque ulla neque primi neque secundi Libri distinctione.

XII. pag. 379. Occurrit sine ullo titulo Liber Psalmorum cum Prologo S. *Hieronymi* ad *Sophronium*. Primi Psalmi sicut & aliorum inscriptiones rubrica exaratae sunt. Primus Psalmus post titulum: *Psalmus David de Joseph dicit, qui Corpus Christi sepelivit*, ita se habet:

Beatus vir qui non abiit	*Et folium eius non defluet*
In consilio impiorum	*Et omne quod fecerit*
Et in via peccatorum non stetit	*Prosperabitur*
In cathedra derisorum non sedit	*Non sic impii, sed tamquam*
Sed in lege Domini voluntas eius	*Pulvis quem proicit ventus*
Et in lege eius meditabitur	*Propterea non resurgent*
Die ac nocte	*Impii in iudicio*
Et erit tamquam lignum [illegible]	*Neque peccatores in congregatione iustorum*
Plantatum iuxta rivulos aquarum	*Quoniam novit Dominus viam iustorum*
Quod fructum suum dabit	*Et iter impiorum peribit*
In tempore suo	

Postremus Psalmus est CL. cum argumento in [illegible]: *Al. Vox Christi post* [illegible] *in regno suo laetantis*.

Laudate Dominum in Sancto eius	*Laudate eum iuxta multitudinem*
Laudate eum in firmamento	*magnificentiae suae*
potentiae eius	*Laudate eum in clangore buccinae*
Laudate eum in fortitudinibus eius	*Laudate eum in psalterio & cythara*

Lau-

Laudate eum in tympano & choro
Laudate eum in chordis & organo
Laudate eum in cymbalis sonantib.
Laudate eum in cymbalis iubilationis
Omne quod spirat laudet Dominum.

Sequitur inscriptus [illegible] *Psalmus David proprie extra numerum cum [illegible] ad [illegible]*

Pusillus eram inter fratres
meos
Et adolescentior in domo
Patris mei
Pascebam oves patris mei manus
meae fecerunt organum
Digiti mei aptaverunt psalterium
Et quis adnuntiavit Domino meo
Ipse Dominus ipse omnium
Exaudivit
Ipse misit Angelum suum
Et tulit me de ovib.
Patris mei
Et unxit me in misericordia
Unctionis suae
Fratres mei boni & magni
Et non fuit in eis bene
placitum Domino
Exivi obviam alienigenae
Et maledixit mihi in simu
lacris suis
Ego autem evaginato ab eo ipsius
Gladio amputavi caput eius
Et abstuli obprobrium
de filiis Israhel.

Omnes Psalmi, excepto, ut vidimus, ultimo, suum arabicis numeris a recentiore manu praenotatum, [illegible] lectio accedit ad *Hieronymianam* Operum Tom IX pag 1159 [illegible] singulis Psalmis praemissi, ab impressis tum in [illegible] editione, quam apud Card *Thomasium*, [illegible] differunt.

XII pag 419. *Proverbiorum Salomonis* Liber, praevio S. *Hieronymi* Prologo, & Capitum XXX [illegible], quae in memoratis desiderantur editionibus. Recitatur divisio digesta fuit in Capita XXXI. Primum: *Ad sciendum sapientiam & disciplinam.* II *Sive non adquiescunt peccatorib. ad malum, & [illegible]* Ultimum: *De omnibus Salomonis, vel Mulierem fortem.*

XIII pag 437 *Ecclesiastes*, cui praecedit Capitulatio [illegible], qui pariter in supra numeratis editionibus nullus habetur, & Capita continet XII [illegible] margini adponuntur. Primum: *Verba Ecclesiastae filii David.* Secundum: *Quod cuncti [illegible] difficilia sunt, & quod sub sole nihil est novum, vel quod Ecclesiastes fuerit Rex in Israhel.* Ultimum: *De viro sapiente qui liberavit civitatem sapientia sua. De stulto in honore posito, quod vae sit terrae cuius Rex puer est [illegible], quod laetitia & [illegible] ut non [illegible] Creatorem suum.*

XIV pag 443 Liber *Cantica Canticorum* sine ulla Capitum distinctione, [illegible]. Notandum est hic, quod interloquutorum nomina expressa sunt [illegible] *vox Synagogae, vox Ecclesiae, vox Christi, [illegible] adversus haereticos, vox Mariae Magdalenae ad Ecclesiam &c.* rubris sunt litteris descripta.

XV pag 447 Liber *Sapientiae* cum Indice Capitum [illegible] XIII in principio, quorum [illegible] XIV [illegible], quae per errorem omissa fuerat [illegible] IV & haec quoque desiderantur in memoratis editionibus. Recens numeratio est Capitum XIX. Primum: *De diligenda iustitia, & in simplicitate cordis quaerere Deum, [illegible]* Ultimum: *De tribulatione [illegible], vel de hospitalitate [illegible] bona hospitalitate.*

XVI pag 460 *Ecclesiasticus*, cui praecedit Prologus S *Hieronymi*, & Index Capitulorum, qui sunt XXVI in [illegible] editionibus praetermissus. Primum: *Quod omnis sapientia a Domino Deo sit, quod plenitudo sapientiae sit timor Dei.* Ultimum: *De filia [illegible] & luxuriosa [illegible]*, vel [illegible]. Liber titulum non habet: *Incipit Liber Ecclesiasticus Salomonis.* In fine autem longior est quam in Vulgata, nam post verba: *& dabit vobis mercedem vestram in tempore suo*, in quibus absolvitur, in illa ita prosequitur in Codice:

Et inclinavit Salomon
genua sua in conspectu
totius Ecclesiae Israhel
Et expandit manus suas
ad caelum & dixit
Domine Deus Israhel non est similis tui Deus
in caelo sursum neque in terra
deorsum
Qui custodis testamentum
tuum & misericordiam
pueris tuis
Ambulantibus in conspectu tuo
in toto corde
Servans puero tuo David
quae locutus es illi
Et locutus es in ore tuo & in
manu tua supplesti
quam diem istum
Et nunc Domine Deus Israhel custodi
puero tuo David patri meo
quae locutus es illi dicens

Non deerit tibi vir a facie mea
sedens in throno Israhel
Verum si custodierint
filii tui legem meam
Vt ie praeceperis mihi ambu
lent sicut ambulaverunt
in conspectu meo fideliter
Et nunc Domine Deus Israhel credatur
est verbum quod locutus
es puero tuo David
Quoniam si vere habitabit Deus
cum hominib. in terra
Si caelum caeli non capiunt
te cum domus quam
aedificavi
Sed respicias ad orationem
pueri tui
Et praedicationem Domine ut ex
audias placationem
orationem quam puer tuus
orat coram te hodie
Vt sint oculi tui aperti
super domum hanc
die ac nocte
In locum quem dixisti
invocari nomen tuum
Et exaudias orationem
quam puer tuus orat
in hunc locum
Et exaudias precationem
pueri tui & populi tui
Israhel si oraverit
te loco isto
Et exaudias in loco habitationis
de caelo
Et exaudias & propitius eis
si peccaverit vir contra te

Inde vero clauditur Liber hisce verbis, rubrica exaratis *Explicit Liber Ecclesiasticorum Salomonis*. Hoc tamen appendix, quamvis multum discrepans, exstat Libro II. Cap. VI. Paralipomenon editionis citatae Tom. IX. c pag. 1466 ad 1467.

XVII. pag. 496. Isaias cum Prologo S. *Hieronymi* & Capitum Indice, quae sunt CLVIII. eaque deinde in cit. *Vallarsii* edit. sed habentur apud *Thomasium* p. 187 multa cum variantibus, ut etiam obiter observare potui in subsequentibus esse decernenda. Hic recentior divisio est Capitum LXVI. Primum est *Sermo Domini super Hierusalem & Iudaeam, propter peccata eorum faciens* ... *Dominus Christus de se, de Apostolis & de populo Iudaeorum*.

XVIII. pag. 596. *Ieremias* cum Prologo S. *Hieronymi* & Indice Cap. CLXIII. quae occurrunt etiam apud *Thomasium* ut supra pag. 203. Subiungitur in fine *Explicit Liber Hieremiae Prophetae*. In Capite ultimo comprehenduntur quaedam *Lamentationes*, & *Oratio Ieremiae*. Versiculi Lamentationum habentur litteris distinguuntur. Orationis autem gratia, de qua enumeratione consulendus est Tom. IX. Oper. *Hieronymi* p. 900. nota (*b*). Est interim animadvertendum, quod tum super Lamentationum, quam Orationis contextum ab alia sed vetustissima manu, effecte sunt signa, eo quidem veteri conformata modo, id quod aetas fortasse indicandae. Recens huius Libri divisio est in Capita LII. in qua numeratione, neque *Ieremiae* Lamentationes, nec Oratio comprehenduntur.

XIX. pag. 590. *Ezechiel* cum Prologo S. *Hieronymi*, & Indice Capitum CX. quae omnia apud *Thomasium* licet invenire. Recentior divisio est Capitum XLVIII.

XX. pag. 633. *Daniel* cum hoc titulo: *Incip. Lib. Danielis Prop.* post quem occurrit *Praefatio beati Hieronymi*. Subsequuntur Capita XXXI. quae a *Thomasio* relata sunt pag. 244. Desunt Libri ... *Explicit Danihel Propheta*, unde constat in Codice desiderari versiculum 42 Cap. XIV. Vulgatae. Recens divisio est in Capita XIV.

XXI. pag. 650. b. *Prophetae Minores XII.* quibus praecurrit Prologus S. *Hieronymi* in omnes; & inde ex ordine unicuique Libri Capitum Index, ut apud *Thomasium* videre est pag. 256. multa tamen cum variis lectionibus. Ordo Librorum, & numerus Capitum in Codice sequens est. *Osee* Capita sunt VIII. *Iohel* V. *Amos* X. *Abdias* I. *Ionas* II. *Michaeas* VII. *Naum* I. *Abacuch* III. *Sophoniae* I. *Aggaeus* I. *Zacharias* XV. & *Malachias* III. Cuicumque ex relatis Prophetis praecurrit Prologus seu potius argumentum, a eo illo auctore nomine, idemque haec una cum Indice Capitum in laudata *Vallarsii* editione desiderantur, illo *Oseae* excepto quod ibi pag. 1007. adfertur in nota (*a*). atque incipit: *Duplex est apud Hebraeos de his quatuor* ... qui capitibus praecessit sunt communia ... Prologus. Numeratio Capitum recens adiecta in margine sequens est: *Osee* Capita habet IV. *Iohel* III. *Amos* IX. *Abdias* I. *Ionas* IV. *Michaeas* VII. *Naum* III. *Abacuch* III. *Sophonias* III. *Aggaeus* II. *Zacharias* XIV. *Malachias* IV.

XXII. pag. 680. b. *Iob* cum Prologo S. *Hieronymi*, & Capitum Indice, quae sunt XXXVI. nec reperiuntur in cit. edit. In fine legitur: *Expliciunt Capitula Iob. Incipit ipse Liber feliciter*. Recentior divisio est Capitum XLII.

XXIII. pag. 701. b. *Tobias* cum Prologo. Quum heic nullus praecurrat Capitum Index, ideo neque in contextu apparet antiqua eorumdem divisio, recentior Capita exhibet XIV.

XXIV. pag. 709. *Iudith* cum Prologo S. *Hieronymi*, & elencho Capitum XXIII.
quae

Digitized by Google

quae apud solum *Thomasium* pag 136. inveniuntur. Recentior divisio est Capitum XVI.

XXV. pag. 720. *Esther* cum solo Prologo, ut Liber *Tobiae*, et propterea sola Capitum divisione recentiori in contextu edita interjecta, eaque tunc XVI.

XXVI. pag. 730. *Esdras* cui solus item praecedit Prologus S. *Hieronymi*; & quamvis Liber unus appareat, in duas tamen dividitur partes, quarum prima inc. *In anno primo Cyri &c.* secunda pag. 738. b. post spatium decem linearum, in titulo modo grandiori charactere scriptum est. *Neemiae*, inc. *Verba Neemiae &c.* Clauditur verbis *Expl. Lib. Ezrae sive Neemiae.* Has quoque duas Libri partes praeseferunt recentiorum Capitum divisionem. Prima, Capita habet X. secunda XIII.

XXVII. pag. 750. b. *Machabaeorum* Libri II. quorum singulis praemittitur Index Capitum, ut apud *Thomasium* pag. 276. Prima Libri Capita sunt LXI. secundi LV. Clauduntur verbis *Explicit Machabaeorum Libri duo. Deo gratias. Amen. Feliciter qui legis. Amen.* Recentior Capitum divisio, Libri I. est Capitum XVI. secundi XV. & in his Vetus Testamentum absolvitur.

Describitur pictura, quae Novum Testamentum praecedit.

C A P. XVI.

XXVIII. Pag. 796. b. Praecedit Novi Testamenti Prolegomena pictura quaedam, totam implens paginam, circa quam ex omni parte fasciola crocea recurrit, argenteis parvis conspersa apicibus. In medio circumscribitur ducta, vetus colorabat, & argenteis lamellis glittumm ornatus. In centro dum in fundo caeruleo, caelestis Sphaerae orbis, conspersae, certe videtur Divinus Opifex in majestate sedens in cathedra, seu solio cum pulvino ac quadrangulis triangularis figurae. Nec aliter repraesentatur Salvator in memorato musivi Opere S. Constantiae. Etenimvero idem cum veteres Christianis super Firmamentum sedentem effingebant, ut eorum redarguerent ignorantiam, qui hunc visibilem Mundum Dei Filium esse dicebant. Quapropter et cum ante Mundum, sed Mundi creatorem adorarent, Firmamento insidentem depingebant, ut videre est apud *Origenem contra Celsum* Libro VI. & apud *Maldonatum in Lucae* Cap. II. vers. 40. Caput habet radiatum divinum in fronte, & post humeros conversum, cincique barbam in cingulum acutum descendentem habet, cuique capite rotundo nimbusque redimitum est diademate, atque Crucis distinctu, cujus praesentis pauca supersunt vestigia. Nudus pedibus suppedaneum premit; tunicaque talari cum ea aureis caeteris praecingitur, item pallio rubicundi coloris superimposito, quod a laevo humero pendens circa corpus volvitur. Latino item more Episcoporum, dextera manu est elatus benedicere; qua de re multa egregia ut adsolet perscit Eminentiss. Card. *Borgia* in cit. Opere de *Cruce Veliterna* a pag. 40. ad 68. sinistra autem manu codice operto ornatum, clausum voluminis more imponitur aurei. Duo alati Angeli duplici talari vitae et alter altera subobscuri clauit albidiis colores, in capite aureis nimbis ornamentum habentes, in ad Salvatoris utrumque latus excellentes, corpore paullulum curvato, procremont venerabundi, manibusque supinatis baculis gemmatos. Sic illae Graeci, & Latini Pictores exprimere repraesentare contenderunt, ut populo Divinitatem Verbi, & Consubstantialitatem contra Arianorum blasphemias insinuarent. Cl. *Ciampinus* Tom. I. *Veter. Monument.* pag. 184. Cap. XX. tab. XLVI. musivum exhibet opus omnium in quo Angeli exprimuntur, tamquam suis, atque quod cum tunicis coccineis fuerit elaboratum, in Templo S. *Apollinaris* in Classe Ravennae. In eo ad Salvatoris gemmato in solio sedentis utrumque latus adstant Angeli duo, stolati, & cum nimbo in capite, non secus ac in nostra Codicis pictura, cum clave explicant, & virgam, tria concinnitum ex ibat gestantes, de qua docte edisserit laudatus *Ciampinus* Cap. cit. Operis XV. utrumque referri posse ad Apocalypsim dictum Cap. XXI. vers. 15. *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream ut metiretur Civitatem & portas ejus.* Extra circulum supra descriptum in quatuor partes tabulae angulis, quatuor repraesentantur Evangelistae, cum proprio symbolo, pallium senores et ita, veste in chlamyde candida vestiuntur, ac nimbo caput redimiti. Sanctorum insuper Evangeliorum Volumen varia positione sibi prae manibus habentes, in invicem structuri. In multis veterum Christianorum monumentis pedi sunt aedis pedibus Evangeliorum, quod in utroque, tum apud Graecos, quam apud alios notorum, pluribus ostendit *Samuel Bochartus* in *Hierozoico* Tom. I. pag. 499. At multis exemplis quae ad id asserendum adducit, quorum de peculiaribus tantum tanthat, videlicet de sacrificiis de lorea, de seiatio, de ingressu in Templum, ea nudidem agant, videntur potius probare Hebraeorum, atque etiam in celebratione sacrificiorum consuetudinem: qua de re consulatur *Braunius de Vestibus Sacerdotum Hebraeorum* Lib. I. Cap. III. & *Cornel. Curtius Silverpeus in Jurnalis* Sat. VI. vers. 158. qui de hoc argumento docte disserunt. Sed Apostoli, quam fuerunt

Aaaa — hunc

bus carerent, mirum non est, quod discalceati ob magnum incederent, animo ita depicti fuisse opinarer ad ostendendum, quod praeceptis Christi obtemperabant, qui *Matthaei* Cap. X. vers. 10. ipsis statuerat, ut sine calceamento incederent. Ad mysticas hasce figuras videntur referenda *Ezechielis* verba Cap. I. vers. 10. & Cap. X. vers. 14. necnon ea, quae in Apocalypsi leguntur Cap. IV. vers. 7. ubi Evangelista *Joannes* in illas vidisse narrat *dare gloriam & honorem, & benedictionem sedenti super thronum viventi in saecula saeculorum*, & mystico Agno plaudere Cap. V. vers. 11. Verba autem *Ezechielis* Cap. X. vers. 20. manifeste demonstrant, quod sub ipsis figuris quatuor Cherubim indicabantur. Ab antiquissimo enim tempore Alexandrina Ecclesia hisce sanctis Spiritibus peculiarem cultum praebuit, ut patet ex Synaxario, sive Martyrologio MS. in Bibliotheca Laurentiana *Michaelis* Episcopi Mel paeniti in Aegypto inferiori (c), de quo vide Catalogum Cl. *Stephani Evodii Assemani* Biblioth. Med. Laur. & Palat. Cod. Orient. pag. 164. in quo diebus mensis Athir sive Novembris ita indicatur p. 168. *Festum quatuor animalium, quorum meminit Apocalypsis*. Quin etiam nonnulla Cophtorum templa Deo consecrata fuerunt sub invocatione quatuor horum Cherubim, qui nomine Sanctorum quatuor *Animalium* indicabantur, ut sapienter observat laudatissimus Card. *Borgia* de *Cruce Veliterna* pag. 100. seq. Certum est Ecclesiam symbolicas hasce figuras usam fuisse ad significandum quatuor Evangelistas veritatis Christi Doctrinae & Humanitatis propugnatores. Et quamvis in principio diversa esset interpretatio earumdem & tamen, aliqui enim, veluti S. *Irenaeus* Lib. III. contra Haereses Cap. XI. num. 8. sub homine fronte *Matthaeum* recognoscebant, sub Aquilae *Marcum*, Bovem *Lucam*, Leonem *Joannem*; seu juxta Divum *Augustinum* de Consensu *Evangelistarum* Libri I. Cap. VI. in Leone *Matthaeum*, in Homine *Marcum*, in Vitulo *Lucam*, in Aquila *Joannem*; sive juxta D. *Hieronymi* sententiam Praef. in *Matthaeum* sub symbolo humano *Matthaeum*, sub leonino *Marcum*, bovino *Lucam*, aquilino *Joannem*; plerique tamen pictores, & artifices Christiani hanc ultimam sententiam unanimiter adhaeserunt, quam S. *Gregorius Magnus* Pontifex Homilia IV. in *Ezechielem* veteresque Poetae Christiani, *Sedulius* videlicet, & *Juvencus* sequuti sunt. Quin immo pictores & caelandi facultatem sibi arrogantes exprimendi quatuor Evangelistas sub humana quidem omnes figura, singulos vero capitibus mysticis distinctos ut in antiquis nonnullis Codicibus Laurentianae nostrae Bibliothecae observavi. Nullum tamen certamen signum adparet neque in vitris *Bonarrotii*, neque in picturis & sarcophagis Romae subterraneis, ita ut connectari liceret, nisi in musivis operibus saeculi V. apud *Ciampinum* in repraesentatione supra; hunc enim aetati referendum est musivum opus S. Sabinae Romae sub Caelestino Pontifice anno circiter CCCCXXX elaboratum. *Veter. Mon.* T. I. pag. 193. Cap. XXI. Tab. XLVIII. in quo Aquilae primus locus tribuitur, Leoni secundus, Homini tertius, Bovi autem quartus. Haec eadem symbola in nostro Codice sunt sic constructa, & quam vero ordine disposita in aliis antiquis monumentis observentur, satis noscere est, ad referendum esse arbitrio artificum potius, quam solido certo judicio. Denique notandum est, circum ubi Evangelistae locati sunt depictum esse adamante nostro versiculos, exhibentem tamen terram, mare & caelum, ad indicandum fortasse, eos ad id fuisse a Domino destinatos, ut Evangelicam lucem per universum terrarum orbem disseminarent.

Recensentur Libri Novi Testamenti prout extant in Codice.

C A P. XVII

PAg. 797. Praefatio S. *Hieronymi* Presbyteri super quatuor Evangelia, cum hoc titulo *Beatissimo Papae Damaso Hieronymus. Inc. Novum opus facere me cogis ex veteri, ut post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam, & quia inter se variant, quae sint illa quae cum Graeca consentiant veritate decernam &c.* Sequuntur pag. 798. decem *Eusebii* Caesariensis Canones super harmoniam Evangeliorum, in XVI. Tabulas distributi, eo quod nonnulli ex ipsis utpote multiplicem materiam continentes, non unam, sed plures occupent tabulas. Formatae autem unaquaeque tabulae variis arcubus, & coloratis columnis, modo pluribus, modo paucioribus juxta Evangelistarum numerum, qui in eadem conveniunt narratione: adeo ut primi Canonis tabulae concordantias quatuor Evangelistarum exhibentes, quinque distinguantur columnis, locolamentis quatuor constructis; tabulae Canonum, secundi, tertii, & quarti, trium Evangelistarum concordantias comprehendentes, quatuor componantur columnis, cum subsit spatiis intermediis &c. Cum eamque autem tabulae columnas contingentes inter se quibusdam arcubus, intermediae quidem minoribus, exteriores vero majoribus, itaque partes earum & columnis.

Pag.

(c) Claruit circa an. Martyrum 1100. Chr. 1000 circ.

Pag 801 Evangelium S. *Matthaei*, cui praemittuntur duae Praefationes, quae non occurrunt in editione ext. Operum S. *Hieronymi Vallarsiana*. Prima, communis quatuor simul Evangeliis, habetur apud *Thomasium* Tom. I pag 3, altera, quae ad S. *Matthaei* Evangelium pertinet, ibidem reperitur pag 497 Prima inc *Plures fuisse qui Evangelia conscripserunt & Lucas Evangelista testatur dicens, quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quae in nobis completae sunt* Des. *quibus cunctis perspicue ostenditur quatuor tantum debere Evangelia suscipi, & omnes Apocryphorum naenias mortuis magis hereticis quam Ecclesiasticis vivis canendas* Altera inc *Matthaeus in Judaea sicut in ordine primus ponitur Evangelium in Judaea primus scripsit, cujus vocatio ad Deum ex publicanis actibus fuit* Des. *nobis enim hoc in studio argumenti fuit, & fidem facere rei tradere & operantis Dei intelligendam diligenter esse dispositionem quaerentibus non tacere* Expl. Subsequitur Index Capitum sub titulo: *Inc Capitula Lec. Sec Mat* quae sunt LXXXVIII. & extant Tom loc cit pag 497 Initio Evangelii secundum *Matthaeum*, haec brevissima ad Christum edest invocatio: CHRISTE FAVE. Tum in hoc, quam in tribus sequentibus Evangeliis notantur in margine numeri canonum rubris characteribus quatuor Evangelistarum concordantiae. Animadvertendum est etiam in quatuor hisce Evangeliis, aliam Capitum divisionem non adparere, praeter antiquam Indici singulis Evangeliis praemisso respondentem.

XXIX. pag. 831 Evangelium S. *Marci*, cum Praefatione & Indice in principio Capitum XLVI, ut apud *Thomasium* loc cit. pag. 303.

XXX. pag. 849. Evangelium S. *Lucae*, cui praefixa simili modo Praefatio, cum Indice Capitum XCIV, & haec reperiuntur loc. cit. pag. 305

XXXI. pag. 881 Evangelium S. *Joannis* cum Praefatione, & Indice Capitum XLV loc. cit. pag. 311.

XXXII pag. 904. Post ista dein *Incipit Liber Actuum Apostolorum*, ubique alia Praefatione occurrunt Libri Capita, quae sunt LXX quae adferuntur a *Thomasio* Primum *Ubi dicitur Theophilo priorem sermonem sum factum fuisse de operibus & doctrina Christi* Ultimum *Ubi Paulus navem navigans per Alexandriam venit Romam (sic) ubi manens addocuit*. Tum capitis litteris adscriptum est: ΘΕΩ ΧΑΡΙΣ. In fine: *Expl Lib Actuum Apost. Deo gratias Amen*.

XXXIII pag 935 Epistolae XIV. S. *Paulli* cum variis Prolegomenis, ac primo quidem occurrit Praefatio generalis super omnes Paullinas Epistolas, quae ita *Primum quaeritur, quare post Evangelia quae supplementum legis sunt, & in quibus nobis exempla & praecepta vivendi plenissime digesta sunt, voluerit Apostolus has Epistolas ad singulas Ecclesias destinare* Des. *& sapientes bonorum veterorum cum gaudio suscepimus, cognoscentes nos habere meliorem & manentem substantiam*. Clauditur hisce verbis *Expl. Prolog. It omnes Apost* Sequitur secundo loco primae Epistolae argumentum cum titulo *Incipit argumentum Epistulae ad Romanos*, cujus initium *Romani, qui ex Judaeis gentibusque crediderant, hi superba contentione volebant se alterutrum superponere*. Finis quam ob rem eosdem ita humiliant ad pacem ad concordiam cohortatur *Exp argumentum*. Tertio loco sequitur Index item, quae in quatuordecim D. *Paulli* Epistolis continentur, cui titulus *Incipit Capitulatio de omnibus Epistolis* Inc. *De Vocatione Ecclesiae ad Corinthios p. Cap. II &c* Occurrit quarto loco aliud Epistolae primae breviarium argumentum, cujus initium est *Romani sunt in partibus Italiae &c*. & tandem elenchus Capitum dictae Epistolae, quae sunt LII. distincte titulo *Breves*, quae omnia referuntur a *Thomasio* loc cit. pag 381 384. 388 Praeter Epistolae inscriptio sequitur *Incipit Corpus Epistulae ad Romanos* In margine ab eadem antiqua manu, notatae characteres quadrati, adnotantur Veteris Testamenti Libri, ex quibus Apostolus auctoritates desumpsit.

Pag 949 b Epistolae primae ad *Corinthios* Et hanc & alias subsequentibus breve argumentum, & Capitum titulus praecedit. Argumentum hujus inc *Corinthii sunt Achaici &c* & adfertur a *Thomasio* loc. cit. pag. 395 Capita vero in Indice comprehensa, sunt LXXII atque omnino diversa a relatis a *Thomasio* Horum primum est *De plenitudine donorum gratiae & iteratus Corinthiorum*. Ultimum *In Apostolo suas themathaam est qui non credunt Dominum Iesum*.

Pag 961 b. Epistolae ad *Corinthios* secundae argumentum ita habet: *Post actam paenitentiam consolationem scribit eis a Troade per Titum, & confundens laudat ad meliora* Capita sunt XXVIII. nec apud *Thomasium* reperiuntur, ut etiam subsequentium epistolarum excepto. Primum inscribitur: *De passionibus & consolationibus*. Ultimum *De Apostoli Corinthios consolante*.

Pag 969. Argumentum Epistolae ad *Galatas* inc *Galatae sunt Graeci hi verbum veritatis primus ab Apostolo acceperant &c*. Capita sunt XXXVII. & primum inscribitur *De Resurrectione Domini*. Ultimum *De Apostolo in corpore suo stigmata Domini Iesu Christi portante*.

Pag. 973. Epistola ad *Ephesios* exhibet primum Capita, deinde argumentum. Illa sunt XXXI. quorum primum ita exprimitur *De Sanctis, quod ante constitutionem mundi*

in *De-*

in Domino Christo electi sunt & de omni sapientia & prudentia Sacramenti & renovatione omnium in Domino Christo quae in caelis sunt & quae in terra. Vltimum: De Ephesiis & ministerio Tychici. Argumentum est: Ephesii sunt Asiani: hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: hos collaudat Apostolus, scribens eis a Roma de carcere per Tychicum diac.

Pag. 977. Argumentum Epistolae ad Philippenses ita se habet: Philippenses sunt Macedones: hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, nec receperunt falsos Apostolos: hos collaudat Apostolus scribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum. Capita sunt XIX quorum primum est: De Presbyteris quod ipsi fuerint aliquando Episcopi. Vltimum: De Caesaris domo quod habuerit sanctos.

Pag. 980. Epistolam ad Colossenses, ut etiam duas sequentes praecedunt priorum Capitum Index, deinde argumentum. Harum Capita sunt XXIX. Primum est: De spe reposita Sanctis in caelis. Vltimum: De Apostolo mandante ut Colossensium Epistolam Laodicenses legerent, & Laodicensium Colossenses. Argumentum ita habet: Colossenses, & hi sicut Laodicenses sunt Asiani, & ipsi praeventi erant a pseudoapostolis, nec ad hos accessit ipse Apostolus, sed & hos per Epistolam recorrigit, audierant enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit: ergo Apostolus iam ligatus scribit eis ab Epheso.

Pag. 983. Prima Epistola ad Thessalonicenses Capita sunt XXV. Inscribitur primum: De Apostolo & Silvano & Timotheo pro Thessalonicensibus semper orantibus. Vltimum: De Apostolo Thessalonicenses adiurante per Deum ut omnibus fratribus Epistola legatur. Argumentum est: Thessalonicenses sunt Macedones in Christo Iesu, qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide etiam in persecutione civium suorum, praeterea nec receperunt ea quae a falsis Apostolis dicebantur: hos collaudat Apostolus scribens eis ab Athenis.

Pag. 986. Capita Epistolae ad eosdem secundae sunt IX. in quorum primo agitur: De persecutione quod exemplum sit iusti iudicii Dei, & post: iterum atque iterum. In ultimo: De separatione inobedientium & reversione. Argumentum ita se habet: Ad Thessalonicenses secundam scribit Epistolam & notum facit eis de temporibus novissimis, & de adversarii detectione. Scribit hanc Epistolam ab Athenis.

Pag. 987. Succedunt Epistolae ad Timotheum duae cum argumento, & Capitum Indice in singulas. Argumentum primae hoc est: Timotheum instruit & docet de ordinatione Episcopatus & Diaconii, & omnis Ecclesiasticae disciplinae, scribens ei a Macedonia. Capita sunt XXX. Primum est: De fabulis & genealogiis & doctoribus vanis, ac perversa doctrina, & plenitudine sanae doctrinae. Vltimum: De prophanis vocumnovitatibus.

Pag. 990. b. Epistolae ad Timotheum secundae sequens est: Item Timotheo scribit de exhortatione martyrii, & omnis regulae veritatis, & quid futurum sit temporibus novissimis, & de sua passione. Capita sunt XXV. Primum agit: De Eunice atque Loide matre, avia Timothei, & quod Sancti non spiritum timoris acceperint, sed virtutis & caritatis.

Pag. 993. Argumentum Epistolae ad Titum hoc est: Titum commonefacit & instruit de constitutione Presbyterii, & de spiritali conversatione, & haereticis vitandis, qui in Scripturis Iudaicis credunt. Capita sunt X. Primum: De Domino Patre, quod ante aeterna tempora Dominum Filium nobis promiserit, quem postea suis temporibus declaravit. Vltimum: De Apostolo diligentes se per litteras salutante.

Pag. 994. b. Argumentum Epistolae ad Philemonem est: Philemoni familiares litteras facit pro Onesimo servo eius. Scribit autem ei a Roma de carcere per Onesimum Acolythum. Capitibus constat IV. quorum primum: De Philemone, & Appia, & Archippo, & domestica Ecclesia eius. Vltimum: De Epaphra concaptivo Apostoli & Marco & Aristarcho & Demae & Luca adiutoribus Pauli.

Pag. 995. Vltima est ad Hebraeos, cum argumento Paullo longiori hoc: In primis dicendum est cur Apostolus Paulus in hac Epistola scribenda non servaverit morem suum &c. Capita in eadem sunt: Breves, & sunt XXXIX. in quorum primo agitur: De Christo quod Deus sit circa Iudaeos (sic) exhortans vanitatem: In ultimo: De verbo solatii quod cum Timotheo una commendat: atque haec habentur apud Thomasium Tom. I. cit. pag. 413. multis tamen cum varietatibus.

XXXIV. pag. 1004. b. Epistolae Catholicae VII. nimirum S. Iacobi una, S. Petri duae, S. Ioannis tres, & S. Iudae una, quarum singulis praemittitur Index Capitum, nullum tamen argumentum. Epistola S. Iacobi dividitur in Capita XX. quorum primum est: De immutatione sermonis cum dispetando, ut apud Thomasium pag. 372.

Pag. 1007. b. Prima Epistola S. Petri Capita continet XXI. quorum primum inscribitur: De regeneratione in vita perenni &c. ut ibid. pag. 374.

Pag. 1010. b. Secunda eiusdem Capita numerat XI. Primum: De gratia vocationis per gloriam. Vltimum: Novos caelos & novam terram expectare docet, & ne in errorem transducti excidatis.

Pag. 1012. b. Epistolae S. Ioannis primae Capita sunt XX. Primum: Iohannes admonitionem Domini & visionem. Vltimum: Qui ex Deo sunt filium Dei scient & hortatur custodire nos a simulacris.

Digitized by Google

Pag. 1015 b Epistolae secundae Capita sunt V. Primum: *Senior electae & filiis eius, quos diligo in veritate, gratia, misericordia, Pax Domini nostri Iesu Christi.* Ultimum: *Plura habens vobis scribere, nolui, spero enim me esse apud vos.*

Pag. 1016. Epistolae tertiae Capita sunt totidem, quorum primum ita se habet: *Senior Gaio carissimo scribit gaudium de adventu fratrum & audivit eum veritatem custodire.* Ultimum: *Multa habui scribere tibi sperans proximo te videre. Salutant te amici.*

Pag. eod. b. Ultimo demum S. *Iudae* Epistola dividitur in Capita VII quorum primum *Iudas scribit his qui in caritate Christi sunt de salute communi & de (sic) quosdam negantes Dominum nostrum Iesum Christum.* Ultimum: *Ei autem qui potens est conservare immaculatos.* In fine legitur: *Expl. Epist Iudae. Deo gratias. Amen. Feliciter qui legis.*

XXXV. pag. 1017 b. S. *Ioannis* Apostoli & Evangelistae *Apocalypsis* sine ullo titulo neque argumento, neque Capitum elencho, quae tamen in margine contextus numerantur XXV. In fine litteris maioris moduli, quae dimidiam fereme implent posteriorem Codicis paginam, quae est 1029. partem, descriptum est

EXPLICIT LIBER APOCALYPSIS SCI IOHANNIS APOSTOLI ET EVANG DO GRATIAS

O

P R O

A

M E

De ornatu & vetustate Codicis animadversiones.

C A P. XVIII.

PErfecta Sacrorum Librorum, qui in nostro antiquo Codice continentur descriptione, liceat mihi aliqua de eiusdem ornamentis & palaeographia, et magis magisque tam pretiosi monumenti antiquitatem eluceat, subnectere. Ac primo quidem et dubium minime revocandum mihi videtur, scriptorem eiusdem fuisse Monachum illum *Servandum*, qui in fine Indicis Capitulorum, quae Leviticum praecedunt, graecis maiusculis litteris nomen suum ita prodidit:

EXPLICIVNT CAPITVLA

INCIPIT LIBER LEVITICVS

QVI HEBRAICE DICITVR

VAIECRA LEGE FELICITER

OKTRIC CEPBANΔOC

AIΠOIECEN

Praeterea verisimillimum est, *Servandum* istum fuisse S. *Benedicti* primi Monasticae Ordinis in Occidente Auctoris discipulum, & Abbatem Monasterii in honorem S. *Andreae* in finibus Latii positi, de quo loquitur S. *Gregorius* Pontifex Magnus Dialog. Libr. II. Cap. XXXV. ut supra commemoravimus, etiam nomine veteris cuiusdam suppleti, quod occurrit in versu tertio hexastichi Epigrammatis Codici praemissi, ubi primae vocis sola littera E ex antiqua remansit, ut quod adhibenda esset in substituendo nomine PETRUS, quem tota legeretur SERVANDVS.

Quod ad varios pertinet Codicis ornatus, observandae sunt Cruces quaedam in

afformatae quas in his Prolegomenis, variis locis hinc opposuit. Ex iis igitur praeferunt Epigramma hexastichon in limine Codicis exaratum, Tabula pag. 6 b. exhibens argumenta Pentateuchi in quinque circulis inclusa, & Tabula pag. 8. recensentem tertiam divisionem, & numerationem Divinorum Librorum iuxta sententiam D. *Augustini*, ubi Crucem praefert Distichon in summo margine exaratum, et singulas eorundem Librorum partitiones in totidem secutis locis iisdemque comprehensae, Cruce exornatur, & in Cruce desinunt.

Huiusmodi autem Cruces in monumentis, & in antiquis Christianorum monumentis [illegible] observavimus, easque praeterea Donationum chartis subscribere solebant ii, qui Ecclesiis, aliisque Piis Locis quidpiam dono relinquebant, cuius consuetudinis vide exempla plura apud *Du-Cangium* in Glossario Med. Latinit. Parisiis apud *Carolum Osmont* MDCCXXXIII Tom. II. pag. 1190.

Accedit Monogramma praemissum primae Bibliorum divisioni iuxta S. *Hieronymum* exhibitae in Tabula pag. 5 quod Christi nomen compendiose notat, ut refert

Pr-

Primaſius Africanus Epiſcopus S. *Auguſtini* diſcipulus, in Apocal. Lib. IV. Cap. XIII. Hoc autem ſæpiſſime occurrit in Inſcriptionibus, Lucernis, Nummis, Vitris, Annulis, ac priorum Eccleſiæ ſæculorum magnam redolet antiquitatem. Ita ut probabile admodum ſit, ſacrum hujuſmodi Monogramma adhibitum fuiſſe tum tum, quum Eccleſia ex Oriente eundem emerſerit, quem enim compoſitum ex duabus græcis literis, quæ primæ ſunt vocis Χριστὸς, videlicet litera P poſita in medio literæ X quæ que tali modo Latinæ Eccleſiæ ſemper illud expreſſerit, ut animadvertit *Bonarrotus* (1), hinc ſatis apparet antiquiſſimam eius originem eſſe, ex quo quod ſe ante eſſet ante Eccleſiæ Græcæ & Latinæ diviſionem. *Constantium* Imperatorem, cui Scriptores non nulli perperam hujus Monogrammatis inventionem tribuerunt, illud in labaro ſuorum militum inſidi voluiſſe, ut diximus ex *Euſebio* Hiſt. Eccleſ. Lib. I Cap. XXXI. & e *Lactantio*, vel alio quovis ſub eius nomine, de *Mortibus Perſecutorum* Cap. XLIV. Quin etiam milites ipſi in clypeis, & galeis hoc ſignum impreſſerunt, ut *Prudentius* teſtatur contra *Symmachum* Lib. I vers. 487 ad quem locum commendandæ mihi ſunt *Giangasii* Commentationes in Prudentii editione ſecundæ S. (2) ubi nummum duo afferuntur, *Constantini* videlicet unum, *Marcelli* alterum, e *Banduri* etiam ſelecto in Numiſmatibus *Imperator Romanorum* pag. 590. quorum primum præſefert duplex Monogramma ſic effirmatum  in galea, ſecundum in clypeo. Ut more etiam poſitum fuit, illud præmitterent Epiſtolis Eccleſiaſticis, quæ dicebantur *formatæ*, aut ut *pacificæ* ita dictæ, ut idem *Bonarrotus* animadvertit loco cit. pag. eius Procætu vero temporis uſus etiam invaluit, illud in Diplomatibus adhibere, ut videre eſt apud *Mabillonium* de Re Diplomatica Lib. II Cap. X. Tab. XLV. In laudato autem meo vetuſto opere antiquiſſimo *S. Constantiæ ſub Commune*, a Cl. *Ciampinio* relato de *Sacris Ædificiis* Tom. II p. 131 (3) inſpicitur *Servator Mundi* ſtans, manu dextera baculum cum ſiniſtra apertum volumen Apoſtolo tradens, forſitan *Petro* tradere, in quo ſcriptum legitur *Dominus pacem dat* . Hoc quidem videtur eſſe Eccleſiaſticæ Epiſtolæ exemplar, ex iis, quas peregrini plurimum tradebantur, *pacificæ* nuncupatæ, quas ad aliorum ſupradicti maxime operis idem Monogramma præferebant. Hinc etiam, eoque temporibus illam formulam IN PACE quæ frequentius in vetuſtis Chriſtianorum ſepulcralibus Inſcriptionibus occurrit, nil aliud ſignificare velle, niſi quod defunctus ille in Eccleſiæ gremio deceſſerit. Sed ad Pentagonum noſtri Codicis revertamur, in quibus alia ſeſe offerunt obſervatione digna: ac primo quidem animadvertendum eſt, primam Sacrorum Librorum diviſionem pag. 5 exhiberi, tertium numero ab Agno, in area cærulea inter circulum, gradientem videtur, depicto. Nemini profecto latet, in picturis, ſculpturis, ac noſtris pleniis, hoc eodem ſymbolo Perſonam Chriſti ſolitam fuiſſe deſignari, ut docemur ex Apocalypſi S. Joannis Cap. V. vers. 6 et 13. Quare conſtanter proceſſus in foribus templi *S. Pudentianæ* in Urbe inſculptus cernitur Agnus, quem in fronte Opuſculi *De Benedictione Agnorum Dei* Romæ MDCCLXXV. 4. in lucem dedit noſter laudatus Eminentiſſ. *Borgia*, his circum verſibus adſcriptis:

> ✠ *Hic Agnus Mundum reſtaurat Sanguine lapſum*
>
> ✠ *Mortuus & vivus idem ſum Pater & Agnus*

Compertum autem eſt in ipſis primis Eccleſiæ ſæculis Chriſti fideles, ut ab aſſigenda Chriſti crucifixi imagine abſtinuiſſe, ne in Eccleſiam recenter adductis crucifixio turpiſſimæ mortis idem auferret, juxta Divum *Paullum* prima ad Corinth. Cap. I. vers. 23 *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam*. Quapropter aliquando ſolam Crucem repræſentabant, & quandoque Agnum juxta ipſam poſitum, ut apud S. *Paulinum* docet in Epiſtola XII. ad *Severum*

> *Sub Cruce ſanguinea niveo ſtat Chriſtus in Agno,*
>
> *Agnus ut innocua injuſto datus hoſtia leto.*

De quo quidem conſuetudine multa adfert egregia Cl. *Borgia* de *Cruce Veliterna* pag. 103 ſeqq. qui inſuper animadvertit recentibus iſtorum ſæculis VIII & IX. uſum exprimendæ Crucifixi imaginis apud Chriſtifideles invaluiſſe.

Secundus ordo, ſive diviſio noſtri Sacri Textus lecta Divum *Hilarium* Pontificem, & S. *Epiphanium* Salaminæ in Cypro Inſula Epiſcopum, quem exhibet Tabula p. 6 deſcendit ab orbiculo quodam adornato continuatis maximi modeli delineato, in quo et

mihi

(1) In Præfatione pag. xxi. Operi præmiſſo, cui titulus: *Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro &c. In Firenze nella Stamperia* MDCCXVI. 4.

(2) Videnda est etiam *Prudentii* editio Romana nobis annotata apud *Antonium Fulgonium* 4. Tom. II. p. 390. ex ipſo *Faustino Arevalo*.

(3) Romæ apud *Jo. Komarek* MDCXCIX. fol.

mihi videtur S. *Gregorii* Magni monasticis vestibus induti, repraesentetur effigies sub aureis lineamentis in area rubra, quae aevi diuturnitate ferme evenit.



Etenim non alius sponte in chlamyde ac Monasterii Romae se pingendum praebuit, quemadmodum *Joannes Diaconus* in ejus Vita memoriae prodidit, quae effigies, ut supra recensuimus, omnino cum omnia concordat; unde facile est conjectari ex ejusque traditionis, quae octo abhinc saeculis ad nos usque permeavit, argumento, quod ipsius S. Pontificis *Gregorii* mentio. Volumen istud exscriptum fuerit. Ego tamen potius opinarer, ipsum *Gregorium* Codicis quidem possessorem fuisse, scriptorem vero, ex mandato *Servandi* Monachum, qui antequam in fastibus Latii constitueretur Abbas, olim forte de familia *Gregorii* eundem ad summum Ecclesiae regimen evecti, ac Romani Monasterii fuit. Animadvertendum praeterea est, quod in epigraphe ad calcem hujus Bibliorum codicis posita, *Ihesus Pepiana* eorum *Epiphanio*. *Sancti* titulus adjungitur. Enimvero titulus iste, qui in primaeva Ecclesia indiscriminatim Christifidelibus quibuscumque tribuebatur, sancti *Paulini*, & S. *Hieronymi* aetate in peculiarem discretionem aetatem eminentiorum ad Viros sanctos, & Christianis virtutibus eminentes [illegible] more pontificum, ut sequenti credo aevo, illum solis [illegible] Sanctorum omnibus praefigere. Hinc in Romano Calendario saeculi IV. sub *Liberio* Pontifice, a *Bucherio* in lucem edito, in Canonem *Victoris* & a *Ruinartio* in Actis sincerorum Martyrum item in depositione sanctorum Pontificum, quam Martyrum, praenomen Sancti eorundem nominibus numquam adponitur, quod etiam fit in Calendario Carthaginensi ad saeculum quintum relato, quod primum edidit *Mabillonius* Tom. III. Analectorum, & exinde *Ruinartius* loc. cit. pag. 693, in quo tamen quoties aliquem denotabat Sanctitatem cum paucissimis [illegible] deinceps, [illegible] eo tempore quomodo consuetudinem ea sacra Ecclesiarum monumenta inferri coepisse, illudque forsitan exscriptum & ex eo tum fuisse ab alio antiquiori Calendario, in quo nullum Sancti praenomen legeretur, quod tamen contrarius scriptum invenitur in Calendario *Polemii* anni CCCCXLIX apud *Bollandum* Tom. I. Januarii pag. 43. Paullo post haec eadem consuetudo etiam in musivo opere consilio invecta fuit, ac propterea in illis S. *Joannis* in fonte Ravennae, de quibus vide *Ciampinium* Tom. I. pag. 235. Tab. LXX. quaeque ad annum circiter pertinent, Sancti titulo cernitur Apostoli, quem tamen obtinent in musivo S. *Agathae* in *Suburra* Romae (ibi pag. 271. Tab. LXXVII.) anno circiter CCCCLXXII. confecto. Pari modo illi distinguuntur titulo Sancti *Cosmas* & *Damianus* in eorum Ecclesia Romae exornata a *Felice* III. Pontifice anno circiter DXXX. (Ibid. Tom. II. p. 62. Tab. XVII.)

Praetereunda nedum non est Columbae figura, in area coerulea depicta, scilicet & lingua bifida conspersa, a qua pag. 8. descendit Ordo sacrorum Bibliorum juxta textum S. *Augustini* secundum digestus. Nullum frequentius in picturis & sepulcris Christianorum adhibitum symbolum occurrit, quam Columbae praesertim quem Divinum Flamen sub ejus specie Christo ipse meliori residere, ex verbis S. *Marci* comperimus Cap. I. vers. 10. Simili modo in imagine Christi Crucifixi musivo opere confecta in Ecclesia S. *Clementis* Romae circa Crucem volitantes cernuntur XII. Columbae, quibus Apostoli adumbrantur (1). In sepulcro item *Bassi*, qui decubuit anno Christi CCCLIX. apud *Arringhium* Romae subterraneae Romae typis *Vitalis Mascardi* nuncupata fol. Tom. I. Lib. II. Cap. X. pag. 277. in gestibus architectonicis ornamentis, quae recentiores supra columnas, quae in varia segmenta sacras separant historias, Columbae plures exprimuntur. Invenies quoque fuit in aliquibus Ecclesiis usus collocandi super Ciborio (2) & Baptisterio (3) Columbas, repraesentantes Divinum Spiritum, ut videre est in Concil.

(1) Cap. [illegible] *Bosio* *Roma sotterranea* pag. [illegible]

(2) [illegible] *Vitalis* Lib. II. Cap. [illegible] Cap. XXX. *Praeterea* [illegible] *Diaconus cum Columba* [illegible] Lib. I. Cap. IX. [illegible] *Altare pendente* [illegible]

[illegible]

(3) Columba in [illegible] *Sanctorum* [illegible] *Mabillonius de Liturgia Gallic.* Lib. I. Cap. IX.

in Constantinopolitana sub Menna Actione V. in supplici libello Clericorum, Monachorumque Antiochiae sub anno DXXXVI. ad Joannem Patriarcham; in quo, inter alia crimina, quibus Severum Patriarcham accusarunt, illud quoque erat, quod Columbas aureas atque argenteas, Spiritus Sancti symbolum, abstulisset, quae ad sacra Christianae regenerationis lavacra suspensae erant. Nostri etiam antiquitati vasculi ad instar Columbae efformati ad Eucharisticum Panem servandum, ut diximus ab Antonio Aloisio in Adnotationibus ad Anastasium, in quibus agitur de S. Silvestro, & a Cl. Io. Baptista Sollerio e Fuscis [illegible] dai Conti [illegible] di Roma. In Roma nella Stamperia di Roma MDCCXXIV. fol. Tom. II. pag. 100.

Denique tabellae quaedam oblongae binis triangularibus ansis sustentatae, quae in principio, & in fine descriptarum Bibliis divisionum observantur, pictoram sex Ecclesiae saeculorum genium sapiunt; frequenter enim ad excipiendas Inscriptiones in sepulcris illius aetatis occurrunt. Earum autem eam, & formam saeculo XV. Medicei Gent, cum in Cadaveribus, quam in publicis monumentis renovavit, prout videre est in Sepulcro Petri Medicei in segreta Sacristia Basilicae Laurentianae posito.

De Codicis Biblici palaeographo

CAP. XIX

ALia venerandae antiquitatis indicia praefert noster Codex, qui scriptus est elegantissime, binis columnis, absque pretiis antiquae notae, verbis majuscule litteris, notae ferme literis continentis, per cola & commata. Ea autem inter, in ejus Laborum in medio summo paginarum margine adpositi, & inter duo cancella inclusa, hanc autem in efformem  passim observentur apud Fabrettum in Syntagmate Inscriptionum Antiquarum Romae MDCXCIX. typis Dominici Ant. Herculis fol. pag. 545 seqq. & apud Scriptores Romae subterraneae pluribus in locis, ac praesertim Tom. I. Lib. III. Cap. XXII. pag. 604. Cl. Bonarrotius loc. cit. duas adfert Inscriptiones, in quibus cancella in hunc modum effinguntur, quarum una (a), quae pertinet ad Gaudentium sculpta est anno Christi CCCXXXVIII. ut palam fit ex Consulatu Ursi & Polemii ibidem memorato, altera (b) est latina, sed graecis perscripta litteris. Quaternionum quoque numeri in calce ultimae paginae singulorum ex ipsa propemodum adnotatorum exposita, & litteris Romanis expressa, nobis indicant nostri Codicis scriptorem. Caroli Magni aetatem antecedere. Tali modo signati sunt quaterniones Virgilii Medicei, Orosii, Pandectarum &c. Postea vero etiam inveniri superaddi quaterniones in medio inferioris marginis ultimae paginae. Primi versus cujuscumque Libri sunt rubricati, ut in dictis Codicibus. Tandem ex antiquo Christianorum more ita passim Libri clauduntur in nostro Codice:

Gloria individuae Trinitati Amen.
Deo Laudes Lege feliciter Amen.
Ora pro me Scriptore.
Christe Fave.
Deo gratias Amen.
Feliciter qui Legis Amen.

Quicumque veteres tractandi membranas usum habet, facile dignoscere poterit hujusmodi salutationes, nostri Codicis aetatem constituere, istis apte convenire. Quibus praenotatis, transeamus modo factum ad palaeographum Codicis perpendendum, cujus specimen non solum Graeci, & Ebraici, quod hoc exhibemus. Specimen Geneseos, cujus litterae [illegible] evanuerunt, hoc est:

IN PRINCIPIO CREAUIT DS
CAELUM ET TERRAM
TERRA AUTEM ERAT INANIS ET UACUA
ET TENEBRAE ERANT SUPER
FACIEM ABISSI

Aliud

(a) Pag. Praefationis xxv. (b) Pag. 17

Aliud specimen ab Exodo desumptum ita se habet:

HAEC SUNT NOMINA
FILIORUM ISRAHEL
QUI INGRESSI SUNT AEGYPTUM
SINGULI CUM DOMIBUS

Observandum est, litteras L, N, R, S, T, O, Y. formationem Romanam retinere non secus ac in antiquis lapidibus, & in *Virgilio Mediceo*, litteras autem

ADEFGHMPQU

esse omnino similes illis, quas exhibet scriptura *Orosii Medicei*, ab *Havercampo* in nitidissima aliorum editione, ad fidem nostri archetypi adornata, Lugduni Batavorum anno MDCCXXXVIII 4. ubi etiam characteris specimen ante oculos sistitur pag. 30 hic verba sunt eandem *Nobilis Codex Florentinus*, venerandae vetustatis Codices vetustior &c. necnon litteras Pandectarum quae nunc iam leguntur in lucem extulit *Henricus Brenkmannus Histor. Pandect.* Traiecti ad Rhenum apud G. Vander Water MDCCXXII 4. exhibitaque imagine earumdem litterarum alphabetum pag. 111 & plura specimina pag. 109. 144 Denique non distant ab exemplis Codicum exaratis septimi saeculi quae *Mabillonius* edidit *De Re Diplomatica* pag. 347 & 354. Ex quibus colligitur, interspersionem, & vetustatem Codicum istius orbis dignoscendi. Neque ab eo tempore, quo apud Calligraphos scriptura antiqua maioribus Romanis litteris adhiberi passim usurpabatur, ausique sunt quandoque ex ipsis deducere in alias litterarum formas, vulgo minores nuncupatas, ob maiorem et celeritatem in scribendo adhibitam. Haec sane argumento, ne etiam sculptores, non multum admirantes ob insequentem quamdam de tempore varietatem ipsam, in incisione lapidum, ut scriptores Codicum transferrent, cum Romanis litteris intermiscerent. Hoc scripturae genus, semper antiquum, modo in decimo tantum est videre in aliorum Ravennatium *diplomatis* secus aetate saeculi sexti, quae falso inscribuntur. Ideo *Canonem Testamentum*, a *Mabillonio* relata *De Re Diplomatica* pag. 345 cui non absimilis est illa, quam Romanae ut hodie extante anno 1000 a *Lambecio* publicatam fuisse sua Tom. VIII *Commentariorum Bibliothecae Caesareae*. Hoc est quod litterae A omnium primo, formam suam paullatim immutare coepit, ut in supra memorata Inscriptione *Gaudentiae*, sub anno Christi CCCXXXVII sculpta videre est. Pari modo littera D in d. conversa novitur, ac fortasse Graeci primum ac forma usi sunt quam postea Latini scriptores adoptarunt. Nec diverse aliud litteram M, et ea mox altera Inscriptione operis deprehenditur sed in Inscriptione *Innocentiae*, quae ad annum pertinet Christi CCCCXX. *Galli* aut *Constantii*, litteras etiam F, G & L quasi ad formam minusculam litterarum redactas videntur. Littera autem T in titulis tam in nobilibus quam in lapidibus Codicis nostri, adlectae illius quae in *Virgilio Mediceo* observatur, ita ut eiusmodi habet lineolam transversalem, ut cum l minuscula confundi posset. Litteras V infimam rotunda hoc pacto U frequenter adhibita cernimus in Inscriptionibus Fratrum Arvalium & multo ante in Inscriptione Honestae Missionis a *Galba* concessae. Circa vero discrimen inter litteras V, de qua loquimur, quam aliarum litterarum praesertim A, & D, maxime notam, videre est exemplum lucubratorum in Inscriptione a Cl. *Fabretto* relata Cap. III. Veter. Inscript. & alterum a Romanis hoc an Pianf. pag. 29 iam ab aetate *Hadriani*, *Titi*, *Domitiani*, *Traiani*, a ubi cum *Faustinae*, *Marcique Aurelii* pars superior litterae A contra nexum occurrit etiam adhuc usurpari, nec amplius acuta, sed compressa, & quandoque etiam haec recta lineola transversum ornatur; quod idem circa litteras V usurpari in nummis infamer. & Pin quidem corrupte etiam in dies, ut ex monumentis illius aetatis, & ex *Virgilio Mediceo*, aliis memoratis, manifeste apparet. Sane praeterea observandas in nostro Codice frequentes ac ut in aliam litteram commutationes, interdum ex. gr. litteram V pro B, & e contra. De ceteris promiscua ratione B pro V innumera apud auctores exempla supersunt, praesertim in Inscriptionibus in quibus legitur BIBVS pro VIVVS

SE BIBO pro SE VIVO. De hac litterarum commutatione vide *Dausquium Orthogr.* pag. 40. 41. & seqq. Hinc legitur in nostro Codice incurbati, pro incurvati, mobilibus pro mobilibus, serere pro solere, manuturus pro mansurus, delivans pro delebant, transivit pro transibat, reformavit pro reformabit, appellabitur pro appellabitur, adorabant pro adorabat; aput pro apud, conputare pro computare, apulis pro obulis, intellego pro intelligo, inpono pro impono, conloquor pro colloquor, Epistula pro Epistola, conlaudo pro collaudo; diabulus pro diabolus, Laudicenses pro Laodicenses, ter conbuserunt, conversi, conrupit, inmaculatum, inlusoret, cludit pro claudit, conludit, quamvis nunquam, intemptato &c. repperit, perstiterunt pro perstiterunt, conpressus pro compressus. Ex forma litterae T, quae C quandoque refert, probabile admodum est, plurium verborum mutationem in antiquos Codices irrepsisse, ut in Florentinas Pandectas Conditio, Mutatio, Solutio &c. aut saltem eas non semper ex genuina quadam pronunciatione derivasse. Vide *Reinesium* in Syntagm. *Inscript.* Cl. I. N.º 10. & in Indic. rerum Grammaticarum. Fiunt e, & e Diphthongi connexae resolvuntur, ut *Galilaeae*, *Iudaeae* &c. In expunctione litterarum exhibentur puncta, eaque non supra sed subtus expungendas litteras locantur, & aliquando linea transversim ducta intersecantur. Saepissime voces sermonibus, superiectis fratribus in effingentur sermonis superiectis fratribus. Quae pro se non semel indicatur ita q⁹ Praeterea ut litterarum compendia, exceptis DS pro DEUS, ISRL pro ISRAEL, DNI pro DOMINI, XPI pro CHRISTI, SPS pro SPIRITUS. Y in voce *Hieronymus* altius reliquis litteris extollitur, ut videre est etiam in *Virgilio*, in *Pandectis*, & in aliis eiusmodi antiquitatis Codicibus. In fine lineae littera M aut exprimitur in verbis EORV, VESTRV, SOLV, & similibus, quemadmodum etiam duarum litterarum NT fit connexio, & hic usus invaluit in Romanis Inscriptionibus, quarum unam adfert *Fonteninus* loc. cit. pag. 189. Nec omittenda est littera O ad formam duarum rhombi, aut quadrati praesertim in titulis finalibus Librorum Biblicorum, quemadmodum in antiquissimo Codice S. Augustini, cuius specimen vulgavit *Mabillonius* loc. cit. pag. 355. inter characteres secundae aetatis. Cetera autem, quae in Praefationibus potissimum adferuntur, scripta sunt litteris quadratis, nec different a scriptura Dioscoridis, saeculo VI. iussu Iulianae Augustae exarati, qui extat in Caesarea Vindobonensi Bibliotheca, cuius descriptionem exhibet Cl. *Montfauconius* in Graeca *Palaeographia* Liber III Cap. II.

De diversitate lectionis nostri Codicis a Vulgata.

CAP. XX.

Denique notandi sunt errores haud multi commissi, necnon castigationes non paucae, a scriptore nostri Codicis pluribus in locis adiectae, quod quidem mihi in mentem revocat officium divi *Hieronymi*, qui ad calcem Praefationis in *Iobum*, aureorum Librorum exemplaria, litteris uncialibus magnifico luxu exarata, ponderis potius quam Codicum iure merito nuncupavit, inquiens: *Habeant qui volunt veteres Libros, vel in membranis purpureis, auro argentoque descriptos, vel uncialibus, ut vulgo aiunt, litteris, onera magis exarata, quam Codices, dummodo mihi, meisque permittant, pauperes habere schedulas, & non tam pulcros Codices, quam emendatos.* Ex quibus colligitur tantum, quod cum tum in usu receptum fuerit, tamen Libros in purpureis membranis aureis & argenteis characteribus exarare, non solum ad usum Ecclesiarum, sed etiam privatorum hominum, quam consuetudinem sane improbat maximus Doctor; tanta enim magnificentia conscripti Codices, perpaucis sane correcti inveniuntur. Quod autem nimia etiam sordium in uncialibus huic, quam in cursivis, ut vocant, characteribus observentur, id in causa potuit esse, quod calligraphi & Antiquarii, qui vix colligebant fatinas litteras, vel longo labore defatigati, & pertaesi, quum nonnisi ad formationem litterarum elegantissimam attenderent, parum erant de castigatione solliciti.

Nunc tandem, postquam satis de hoc insigni Codice a me dictum est, longae huic disceptationi finem imponam, adnectendo pro specimine nonnullas eiusdem variantes lectiones, quas in eo recensendo cursim hinc inde delibavimus, ut quanti faciendum sit sacrum hoc incomparabile veteris aevi monumentum, dignoscere per se quisque possit.

Tex-

	Textus Vulgatae editionis.	Textus Codicis.
Genesis		
Cap. I. 4.	*et divisit lucem a tenebris.*	*& divisit lucem ac tenebras.*
14	*& [illegible] semen.*	*& [illegible] semen.*
21.	*atque mutabilem.*	*atque mutabilem.*
31	*quae fecerat & erant.*	*quae fecit & erant.*
II 13.	*& nomen fluvii secundi Gehon*	*& nomen fluvio secunda Geon.*
III. 15	*ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus.*	Hic versiculus exstat in Codice, sed non ita, ut non legatur ecce ipsum erat igitur: insidiaberis pro insidiabere.
Exodus		
Cap. II. 22.	*Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer.*	*Advena fui in terra aliena. Alium vero genuit Eliezer.*
XV. 19.	*Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare.*	*Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus suis in mare.*
Iosue		
XV. 37	*Sanan & Hadassa & Magdalgad.*	*Sanna & Adesa & Magdalgad.*
40	*Chebbon, & Leheman, & Cethlis,*	*Thebon & Lebemas & Ghithlis &*
41.	*Et Gideroth, & Bethdagon, & Naama, & Maceda &c.*	*Gideroth Bethdagon & Neema & Macheda.* Quod sufficiat pro specimine plurimarum varietatum, quae in nominibus propriis occurrunt.
XXI 36.	*De tribu Ruben ultra Iordanem contra Iericho civitates refugii, Bosor in solitudine, Misor, & Iaser, & Iethson & Mephaath, civitates quatuor cum suburbanis suis.*	Deest hic versiculus in Codice.
XXII. 33.	*Et laudaverunt Deum filii Israel, & nequaquam ultra dixerunt, ut ascenderent contra eos*	*Et laudaverunt Dominum filii Israhel & nequaquam ultra dixerunt ut ascenderent ad eos*
Iudicum		
Cap. VII. 18	*Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per circuitum castrorum clangite.*	*Quando personuerit buccina in manu mea vos quoque per circuitum castrorum clangite.*
Regum		
L. III. C. II. 28.	*Venit autem nuntius ad Ioab, quod Ioab declinasset post Adoniam & post Salomonem non declinasset.*	*Venit autem nuntius ad Ioab* (correctum in margine alia manu, saeculo XII. *Salomonem*) *quod Ioab declinasset post Adoniam & post Salomonem* (scriptum fuerat *Absalon*, sed eadem littera *Ab* eadem manu substituit *Salomonem*) *non declinasset.*
IV. XVI 6.	*Et ejecit Iudaeos de Aila: & Idumaei venerunt in Ailam.*	*Et ejecit Iudaeos de Ailam & Syri venerunt in Ailam.*
Machabaeorum		
L. II. C. XII. 46.	*Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur.*	*Sancta ergo & salubris cogitatio pro defunctis exorare ut a peccato solverentur.*

Ex Novo Testamento.

Matthaeus		
Cap. II. v. 5.	*In Bethlehem Iudae.*	*In Bethleem Iudeae.*
XXVII. 8.	*Haceldama, hoc est, ager sanguinis.*	*Acheldemach ager sanguinis.*
Marcus		
Cap. I. 27.	*Quidnam est hoc? quaenam doctrina haec nova? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?*	*Quid nam est hoc quae doctrina haec nova quia in potestate & spiritibus immundis imperat & obediunt ei*

VI.

	Textus Vulgatae editionis	Textus Codicis
VI. 14.	*Et propterea veritates operantur in illo*	*Et propterea inspirantur veritates in illo.*
Lucae Cap. VI. 26.	*Secundum haec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.*	*Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum.*
XV. 8.	*& everrit domum*	*& evertit domum*
Joannis Cap. V. 1.	*Et ascendit Iesus Ierosolymam.*	*Et ascendit Iesus Hierosolymas.*
Cap. V. 2.	*Est autem Ierosolymis probatica piscina.*	*Est enim Hierosolymis super probatica piscina.*
4.	*Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate*	*Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam & movebat aquam, qui ergo primus descendisset post motum aquae sanus fiebat a quocumque languore tenebatur.*
Acta Ap. Cap. VII 59.	*& cum hoc dixisset, obdormivit in Domino*	*& cum hoc dixisset obdormivit.*
*VIII. 37	*Dixit autem Philippus: si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Iesum Christum*	Totus hic versiculus deest; sed in calce additus fuit alia manu sic: *Dixit Philippus si credis ex toto corde licet & respondens ait Credo Dei Filium esse Ihm Xpm.*
IX. 4.	*Saule Saule quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine quid me vis facere? & Dominus ad eum: Surge & ingredere Civitatem.*	*Saule Saule quid me persequeris. Durum tibi est contra stimulum calcitrare.* Haec verba durum est &c addita sunt alia aut quae manu. *Qui dixit, Quis es Domine, & ille Ego sum Iesus Christus quem tu persequeris sed surge & ingredere civitatem*
XXVII 16	*Quae vocatur Cauda*	*Quae vocatur Cauda*
Joann. Ep. I Cap. V. 6. seq.	*Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: Non in aqua solum, sed in aqua, & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas*	*Hic est qui venit per aquam & sanguinem Ihs Xps. Non in aqua solum sed in aqua & sanguine. Et Sps est qui testificatur quoniam Xps est veritas*
7	*Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt*	*Quia tres sunt qui testimonium*
8	*Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt &c.*	*Dant Sps & aqua & sanguis Et tres unum sunt &c.*
Cap. V. 10.	*Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo.*	*Qui credit in filio Dei habet testimonium Di in se. Qui non credit filio* (haec vox filio addita est in marg. ab alia manu) *mendacem facit eum. Quoniam non credidit* (sive credit) *in testimonium quod testificatus est Deus de filio suo.*

Quum

Digitized by Google

QVVM primum hoc Bibliothecae Leopoldinae Laurentianae Catalogi Volumen imprimi coeptum die XII Februarii anni proxime praeterlapsi ad optatissimum finem perductum esset, laetissimus nuntius Florentiam advenit quo certiores facti sumus Leopoldum Augustum Magnum Ducem nostrum iam a die XXI Iulii anni MDCCXC Ferdinando Archiduci Austriaco dilectissimo Filio suo Magnum Etruriae Ducatum non annis atque aetate sed virtutibus renunciasse ipsumque nuper Vindobonae die tricesimo? XXII. Februarii MDCCXCI in actualem Supremi Regiminis possessionem immissum, quod omnium ordinum plaudentibus Florentiae templo Laurentiano die VII Martii a Septemviris Etruriae Regundae publice declaratum fuit.

Ad memoriam rei bene gestae sempiternam omnibus innotescat qualiter Iosepho II Augusto immatura morte erepto die XX. Februarii anno MDCCXC Petrus Leopoldus hereditariorum Regnorum suae Gentis heres Florentia discessit die prima Martii eiusdem anni Vindobonam petens.

Quum ibi Imperatoris fasces atque insignia communi Electorum Ordine consentiente in maxima Europae perturbatione tuto componenda electus est die XXX. Septembris atque ita ad Etruria duos potentissimos Romanorum Imperatores Germani obtinuerunt Franciscum Primum et Petrum Leopoldum divinum Filium unum omnium maxime qui tantum quartum habendum sibimet Imperii amplitudinem restituere posset.

Itaque Leopoldus Franciscus Rex primus Romanorum coronatus mox Imperialem dignitatem accepit die IX. Octobris et paullo post die quinta et Novembris Posonii Hungariae Rex quod felix faustum fortunatumque sit solemniter est inauguratus.

DEVS IGITVR OPTIMVS MAXIMVS POTESTATVM OMNIVM SVPERIORVM AVCTOR ET VINDEX CVIVS PROVIDENTIA FERDINANDVS III AD ETRVRIAE REGIMEN PRINCEPS SVPREMVS NOBIS DATVS EST ILLVM CVM AVGVSTIS PARENTIBVS ET FRATRIBVS SERVET ET INCOLVMEM AD NOS REDVCAT QVAMPRIMVM VNAQVE DIMIDIVM ANIMAE SVAE ALOYSIAM MARIAM BORBONIAM FERDINANDI VTRIVSQVE SICILIAE REGIS FILIAM SIBI AVSPICATO CONNVBIO CONIVNCTAM

VOSQVE DIVI TVTELARES FLORENTINORVM EOS RESPICITE PROTEGITE VOTISQVE EX ANIMO CONCEPTIS ADESTE FAVETE SIC ENIM ETRVRIAE VNIVERSAE PERPETVAM FELICITATEM PRECARI EXISTIMAMVS

FERDINANDE ARCHIDVX AVSTRIAE MAGNE DVX NOSTER
FELIX AGAS IMPERES FELICITER
SALVO DOMINO NOSTRO FERDINANDO III
ETRVRIA FELIX
SALVA DOMINA NOSTRA ALOYSIA MARIA BORBONIA
ETRVRIA FELIX

IMPRESSVM FLORENTIAE
TYPIS REGIIS PER CAIETANVM CAMBIASIVM
DIE XV. MARTII MDCCLXXXXI
FERDINANDO III M. E. D. FELICITER IMPERANTE.

Digitized by Google

Digitized by Google